NAZIONALE
B. Prov.
LI
780
NAPOLI
BIBLIOTECA
VITT. EM. II

BIBLIOTECA PROVINCIALE
Armadio XX

Palchetto H6
Num.° d' ordine 3
29387

1893

109
5
4

B. Proc.
II
20

OPERE

DI

C. C. SALUSTIO

IN ITALIANO RECATE

DALL' ABATE

BARTOLOMMEO NARDINI

MEMBRO DEL MAGISTRATO DI REVISIONE

COL TESTO A FRONTE

E CON NOTE

BIBLIOTECA PROVINCIALE NAPOLI

VOLUME II.

BRESCIA MDCCCVI
PER NICOLÒ BETTONI
TIPOGRAFO DIPARTIMENTALE

BIBLIOTECA

OPERE

DI

C. C. SALUSTIO

VOLUME II.

JUGURTHA

SEU

BELLUM JUGURTHINUM.

I. Falso queritur de natura sua genus humanum, quod imbecilla, atque aevi brevis, sorte potius, quam virtute, regatur. Nam contra reputando, neque majus aliud, neque praestabilius, invenias, magisque naturae industriam hominum, quam vim, aut tempus deesse. Sed dux, atque imperator vitae mortalium, animus est: qui ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens potensque, et clarus est, neque fortuna eget; quippe quae probitatem, industriam, aliasque artis bonas neque dare, neque eripere cuiquam potest

GIUGURTA

OSSIA

LA GUERRA GIUGURTINA.



I. A torto si duole della sua natura la razza umana, che debole e d'età breve dalla fortuna sia retta più che dalla virtù. Perocchè al contrario esaminando, nulla troverai più grande, nulla più eccellente di lei; e più che la forza o il tempo, mancare alla natura l'industria dell' uomo. Difatti il duce e il reggitore della vita de' mortali è l'animo, il quale, ove per lo sentiero della virtù alla gloria sen corra, è abbondantemente forte, potente e chiaro; nè di fortuna abbisogna, siccome quella che probità, industria ed altre buone arti nè può dare, nè togliere a chicchessia.

Sin captus pravis cupidinibus, ad inertiam, et voluptates corporis pessumdatus est: perniciosa lubidine paullisper usus: ubi per secordiam vires, tempus, ingenium diffluxere, naturae infirmitas accusatur: suam quippe culpam auctores ad negotia transferunt. Quod si hominibus bonarum rerum tanta cura esset, quanto studio aliena, ac nihil profutura, multumque etiam periculosa petunt; neque regerentur magis, quam regerent casus; et eo magnitudinis procederent, ubi pro mortalibus gloria aeterni fierent.

II. Nam uti genus hominum compositum, e corpore, et anima est: ita res cunctae, studiaque omnia nostra, corporis alia, alia animi naturam sequuntur. Igitur praeclara facies, magnae divitiae, ad hoc vis corporis, et alia hujuscemodi omnia, brevi dilabuntur; at ingenii egregia facinora, sicuti anima, inmortalia sunt. Postremo, corporis et fortunae bonorum, ut initium, sic finis est; omniaque orta occidunt, et aucta senescunt; animus incor-

Ma se fatto schiavo di depravate passioni dassi in preda all' inerzia e a corporali voluttà; abbandonatosi alcun poco a voglie perniciose, poichè vilmente perderonsi forze, tempo, ingegno, la debolezza si accusa della natura: chè ciascuno la propria colpa rigetta sulla difficoltà delle imprese. Chè se gli uomini tanta cura avessero delle cose buone con quanto studio cercano l' estranie, le inutili e le molto anche pericolose, più signori che servi sarebbero della fortuna, e a cotanta grandezza si leverebbero, che di mortali, sè farebbono per fama eterni.

II. Imperciocchè siccome il genere umano è composto di anima e di corpo, così tutte le cose, tutte le brame nostre sieguono altre la natura del corpo, altre quella dell'animo. E la bellezza del volto, le grandi ricchezze ed altre siffatte doti, tutte quante in breve svaniscono; ma l' egregie imprese dell' ingegno sono, come l'anima, immortali. Infine i beni di corpo e di fortuna come cominciano, così finiscono: ciò che nasce muore, ciò che crebbe invecchia: l' animo incorrutti-

ruptus, aeternus, rector humani generis, agit, atque habet cuncta, neque ipse habetur. Quo magis pravitas eorum admiranda est, qui, dediti corporis gaudiis, per luxum, atque ignaviam aetatem agunt: ceterum ingenium, quo neque melius, neque amplius aliud in natura mortalium est, incultu atque secordia torpescere sinunt; cum praesertim tam multae, variaeque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur.

III. Verum ex his magistratus, et imperia, postremo omnis cura rerum publicarum, minume mihi hac tempestate cupiunda videntur: quoniam neque virtuti honos datur; neque illi, quibus per frandem jus fuit, tuti aut eo magis honesti sunt. Nam, vi quidem regere patriam, aut parentes, quamquam et possis et delicta corrigas, tamen inportunum est: cum praesertim omnes rerum mutationes caedem, fugam, aliaque hostilia portendant. Frustra autem niti, neque aliud, se fatigando, nisi odium quaerere, extremae dementiae est: nisi forte

bile, eterno, rettore dell' uman genere, tutto fa, tutto possiede, nè egli è posseduto. Per la qual cosa più dobbiamo stupirci della pravità di coloro che dediti ai godimenti del corpo, gli anni passano nelle voluttà e nella inerzia, e lasciano che l' ingegno del quale nulla v' ha di meglio, nulla di più grande nella natura umana, incolto e pigro intorpidisca: e maggiormente chè tante e sì varie sono le arti dell' animo per le quali si ottiene sommo splendore.

III. Fra queste però i magistrati, i governi e infine ogni pubblico ufficio non mi sembra in questi tempi desiderabile; poichè nè si onora la virtù, nè più sicuro o più riputato è chi s' intrude negli uffici. E veramente il governare la patria o i soggetti colla forza, benchè tu n' abbia il potere e corregga i delitti, pure egli è duro, tanto più che ogni mutazione di stato è foriera di strage, d' esigli, e d' altre calamità: il tentarlo poi inutilmente, nè altro, travagliando, procacciarsi che odio, è follia estrema: salvo forse per chi è preso dalla

quem inhonesta, et perniciosa lubido tenet, potentiae paucorum, decus atque libertatem suam gratificari.

IV. Caeterum ex iis negotiis, quae ingenio exercentur, in primis magno usui est memoria rerum gestarum: cujus de virtute quia multi dixere, praetereundum puto; simul, ne per insolentiam quis existumet memet studium meum laudando extollere. Atque ego credo fore, qui, quia decrevi procul a Repubblica aetatem agere, tanto, tamque utili labori meo nomen inertiae inponant: certe, quibus maxuma industria videtur, salutare plebem, et conviviis gratiam quaerere. Qui si reputaverint, et quibus ego temporibus magistratum adeptus sim; et quales viri idem adsequi nequiverint; et postea, quae genera hominum in Senatum pervenerint; profecto existumabunt, me magis merito, quam ignavia, judicium animi mei mutavisse; majusque commodum ex otio meo, quam ex aliorum negotiis, Reipublicae venturum. Nam saepe audivi, Q. Maxumum,

disonesta e perniciosa brama di far dono del suo decoro e della sua libertà alla prepotenza di pochi.

IV. Del resto fra le altre cose che coll'ingegno eseguisconsi, è utile principalmente la memoria delle cose andate, del cui pregio poichè molti parlarono, è da tacere, anche perchè taluno non giudichi che io, per orgoglio il mio studio magnificando, me medesimo esalti. Eppure saravvi, credo, poichè ho deliberato vivere lontano dalle cose pubbliche, chi a cotanta e sì utile mia fatica nome imponga d' inerzia; quei senz' altro ai quali grandissima industria sembra ir salutando la plebe, e coi conviti procacciarne il favore. I quali se rifletteranno e in che tempo ottenni magistrati, e quali personaggi non poterono ottenerne; e poscia qual razza d' uomini sia entrata in senato; certamente giudicheranno aver più la ragione che la pigrizia cangiato il sentimento dell' animo mio, e vantaggio maggiore dal mio ozio che dalle altrui faccende dover tornare alla Repubblica. Imperocchè sovente udii che Q. Mas-

P. Scipionem: praeterea civitatis nostrae praeclaros viros solitos ita dicere: *Cum majorum imagines intuerentur, vehementissume sibi animum ad virtutem accendi.* scilicet non ceram illam, neque figuram tantam vim in sese habere; sed memoria rerum gestarum eam flammam egregiis viris in pectore crescere, neque prius sedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adaequaverit. At contra, quis est omnium his moribus, quin divitiis et sumtibus, non probitate, neque industria, cum majoribus suis contendat? etiam homines novi, qui antea per virtutem soliti erant nobilitatem antevenire, furtim, et per latrocinia potius, quam bonis artibus, ad imperia et honores nituntur. Proinde quasi Praetura, et Consulatus, atque alia omnia hujuscemodi per se ipsa clara, et magnifica sint, ac non perinde habeantur, ut eorum, qui ea sustinent, virtus est. Verum ego liberius, altiusque processi, dum me civitatis morum piget, taedetque; nunc ad inceptum redeo.

simo, P. Scipione ed altri uomini chiarissimi della nostra città erano soliti dire in tal modo: *Nel rimirare le immagini degli avi, caldamente a virtù accendersi l'anime loro*; non già che quella cera o figura avesse in sè tal possanza, ma per la memoria delle loro imprese quel fuoco accendersi in petto agli uomini egregi, nè prima calmarsi che non ne abbiano colla virtù pareggiata la fama e la gloria. Ma al contrario chi v'ha mai, secondo i nostri costumi, che in probità ed industria, non in ricchezze e in ispese, gareggi coi suoi maggiori? Finanche gli uomini nuovi, soliti per lo addietro a superare i nobili in virtù, furtivamente, e per via d'infamie piuttosto che con buone arti, ai governi agognano ed agli onori: come se la pretura, il consolato, ed altre siffatte cariche sieno per sè stesse splendide e magnifiche, e non siano anzi tenute tali secondo la virtù di chi le sostiene. Ma io rammaricato e dolente de' costumi della città, troppo liberamente scorsi, e troppo da lungi. Or vengo a quello per che incominciai.

V. Bellum scripturus sum, quod populus Romanus cum Jugurtha rege Numidarum gessit: primum, quia magnum et atrox, variaque victoria fuit: dein, quia tum primum superbiae nobilitatis obviam itum est. quae contentio divina et humana cuncta permiscuit: eoque vecordiae processit, ut studiis civilibus bellum, atque vastitas Italiae finem faceret. Sed prius quam hujuscemodi rei initium expedio, pauca supra repetam; quo, ad cognoscendum, omnia inlustria magis, magisque in aperto sint. Bello Punico secundo, quo dux Carthaginiensium Hannibal, post magnitudinem nominis Romani, Italiae opes maxume adtriverat; Masinissa, rex Numidarum, in amicitiam receptus a P. Scipione, cui postea Africano cognomen ex virtute fuit, multa et praeclara rei militaris facinora fecerat: ob quae, victis Carthaginiensibus, et capto Syphace, cujus in Africa magnum, atque late imperium valuit, populus Romanus quascumque urbis, et agros manu ceperat, regi dono dedit.

V. Prendo a scrivere la guerra che il popolo romano fece con Giugurta re dei Numidi, prima perchè fu grande, atroce e varia nelle vittorie; appresso perchè allora la prima volta si fece fronte alla superbia dei nobili: la qual contesa ogni divina ed umana cosa confuse, e a cotanta frenesia pervenne, che alle fazioni dei cittadini guerra e devastazione d' Italia diè fine. Ma innanzi d' incominciare la narrazione, riprenderò le cose un poco addietro, affinchè tutto si possa più chiaramente e patentemente comprendere. Nella seconda guerra punica, in cui Annibale capitano dei Cartaginesi dopo l' ingrandimento del nome romano aveva di molto abbassate le forze d' Italia, Masinissa re dei Numidi, ammesso all' amicizia di P. Scipione, per sua virtù cognominato poscia Africano, aveva eseguito molte ed illustri imprese militari, per cui, vinti i Cartaginesi e preso Siface, il cui stato era in Africa vasto e possente, il popolo romano donò al re quante città e terre aveva acquistate.

Igitur amicitia Masinissae bona atque honesta nobis permansit: sed imperii, vitaeque ejus, finis idem fuit. Deinde Micipsa filius regnum solus obtinuit, Mastanabale, et Gulussa fratribus morbo absumtis. Is Adherbalem, et Hiempsalem ex sese genuit; Jugurthamque, Mastanabalis fratris filium, quem Masinissa, quod ortus ex concubina erat, privatum reliquerat, eodem cultu, quo liberos suos, domi habuit.

VI. Qui, ubi primum adolevit, pollens viribus, decora facie, sed multo maxume ingenio validus, non se luxu, neque inertiae corrumpendum dedit; sed, uti mos gentis illius est, equitare, jaculari, cursu cum aequalibus certare: et, cum omnis gloria anteiret, omnibus tamen carus esse: ad hoc, pleraque tempora in venando agere: leonem atque alias feras primus, aut in primis ferire: plurimum facere, et minimum ipse de se loqui. Quibus rebus Micipsa, tametsi initio laetus fuerat, existumans Jugurthae virtutem regno suo gloriae fore: tamen postquam hominem adu-

Restò pertanto a noi utile ed onorata amicizia con Masinissa: ma egli cessò insieme e di vivere e di regnare. Quindi Micipsa, unico figlio di lui (Manastabale e Gulussa suoi fratelli essendo morti di malattia) ottenne il regno: Questi generò Aderbale e Gensale, e ritenne in casa, trattandolo come i figliuoli, Giugurta figlio del fratello Manastabale, cui Masinissa lasciò privato, perchè nato di concubina.

VI. Il qual Giugurta cresciuto, gagliardo essendo e bello della persona, ma molto più valente d'ingegno, non lasciossi corrompere nel lusso e nella pigrizia, ma, come s'usa in quella nazione, diedesi a cavalcare, a lanciare, a gareggiarè nel corso con quegli dell'età sua; e sebbene tutti in gloria superasse, a tutti era caro. Il più del tempo passava alla caccia: era il primo o fra i primi a ferire un leone o altre fiere; moltissimo operava, e di sè stesso parlava pochissimo. Delle quali cose Micipsa sebbene da principio si rallegrasse, giudicando che la virtù di Giugurta dovesse dar lustro al suo regno; contuttociò, poichè riflettè come

lescentem, exacta sua aetate, et parvis liberis, magis magisque crescere intellegit, vehementer eo negotio permotus, multa cum animo suo volvebat. Terrebat eum natura mortalium, avida imperii, et praeceps ad explendam animi cupidinem: praeterea, obportunitas suaeque et liberorum aetatis, quae etiam mediocris viros spe praedae transvorsos agit: ad hoc, studia Numidarum in Jugurtham accensa: ex quibus, si talem virum dolis interfecisset, ne qua seditio, aut bellum oriretur, anxius erat.

VII. His difficultatibus circumventus, ubi videt, neque per vim, neque insidiis obprimi posse hominem tam acceptum popularibus; quod erat Jugurtha manu promtus, et adpetens gloriae militaris, statuit eum objectare periculis, et eo modo fortunam tentare. Igitur bello Numantino Micipsa, cum populo Romano equitum, atque peditum auxilia mitteret; sperans vel ostentando virtutem, vel hostium saevitia facile eum occasurum, praefecit Numidis, quos

quel giovine, crescendo in età, diveniva sempre più famoso, sè esser vecchio e i figliuoli ancor teneri, grandemente da tal pensiero turbato molte cose rivolgeva nell' animo. Lo spaventava la natura degli uomini avida d' imperio e precipite a sbramar le passioni: inoltre l' opportunità della propria e dell' età dei figliuoli, opportunità che a traviare sospinge anche uomini mezzani per isperanza di preda: di più essere i Numidi ardenti a favor di Giugurta: se un tanto eroe avesse spento a tradigione, stava in pensiero non ne avesse a nascere sedizione o guerra.

VII. Involto in queste difficoltà, poichè vide non potere nè a forza aperta, nè a tradimento opprimere un uomo sì caro al popolo, essendo Giugurta e pronto di mano ed avido di gloria militare, deliberò esporlo ai pericoli, e in tal guisa tentar la fortuna. Pertanto nella guerra di Numanzia mandando Micipsa al popolo romano ajuti di cavalli e di fanti, lo fece capitano dei Numidi che spediva nella Spagna, sperando che o nel far pompa di valore o per la ferocia degl'inimici sarebbe facilmente per-

in Hispaniam mittebat. Sed ea res longe aliter, ac ratus erat, evenit. Nam Jugurtha, ut erat inpigro, atque acri ingenio, ubi naturam P. Scipionis, qui tum Romanis imperator erat, et morem hostium cognovit; multo labore, multaque cura, praeterea modestissume parendo, et saepe obviam eundo periculis, in tantam claritudinem brevi pervenerat, ut nostris vehementer carus, Numantinis maxumo terrori esset. Ac sane, quod difficillumum in primis est, et proelio strenuus erat, et bonus consilio: quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem adferre plerumque solet. Igitur imperator omnis fere res asperas per Jugurtham agere, in amicis habere, magis magisque eum indies amplecti; quippe cujus neque consilium, neque inceptum ullum frustra erat. Huc adcedebat munificentia animi, et ingenii sollertia, quibus rebus sibi multos ex Romanis familiari amicitia conjunxerat.

VIII. Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures, novi, atque nobiles,

esser morto: ma la cosa avvenne ben altramente da ciò che aveva immaginato. Imperocchè Giugurta, siccome di vivace e sottile ingegno, conosciuto appena il naturale di P. Scipione, allora capitano de' Romani, e il fare degl' inimici; a forza di fatiche e di attenzione, e coll' ubbidire modestissimamente, e coll' affrontare spesso i pericoli, era in breve pervenuto a tanta gloria che ai nostri era carissimo, terribilissimo agl' inimici. E veramente era valoroso in battaglia e assennato in consiglio, cosa sopra ogni altra difficile: poichè la previdenza suole per lo più generar timore; l' audacia, temerità. Quindi Scipione per mezzo di Giugurta eseguiva quasi tutte le ardue imprese; tenevalo come amico, e a lui si strignea sempre più di giorno in giorno, siccome quegli di cui nè consiglio, nè prova alcuna era indarno. Aggiugnevasi a ciò munificenza d' animo e accortezza d' ingegno, per le quali cose s' era con molti Romani stretto di familiare amicizia.

VIII. V' erano in quel tempo nell' esercito nostro parecchi uomini e nuovi e nobili,

quibus divitiae bono honestoque potiores erant, factiosi, domi potentes, apud socios clari magis, quam honesti; qui Jugurthae non mediocrem animum pollicitando accendebant, *si Micipsa rex occidisset, fore, uti solus imperio Numidiae potiretur: in ipso maxumam virtutem; Romae omnia venalia esse*. Sed postquam, Numantia deleta, P. Scipio dimittere auxilia, et ipse reverti domum decrevit: donatum, atque laudatum magnifice pro concione Jugurtham in praetorium adduxit: ibique secreto monuit, „ uti potius publice, quam privatim, ami„ citiam populi Romani coleret; neu qui„ bus largiri insuesceret: periculose a pau„ cis emi, quod multorum esset: si per„ manêre vellet in suis artibus, ultro illi „ et gloriam, et regnum venturum: sin „ properantius pergeret, suamet ipsum pe„ cunia praecipitem casurum. „

IX. Sic locutus, cum litteris eum, quas Micipsae redderet, dimisit; earum sententia haec erat. „ Jugurthae tui bello Nu„ mantino longe maxuma virtus fuit: quam

che più del buono e dell'onesto pregiavano le ricchezze; faziosi, potenti in patria, e presso i confederati più famosi che riguardevoli, i quali il non mediocre animo di Giugurta con promesse infiammavano. *Morto Micipsa, regnerebbe solo in Numidia: esser egli pien di valore: tutto vendersi in Roma.* Ma poichè, distrutta Numanzia, P. Scipione deliberò licenziare gli ajuti e tornare in patria, fatti in parlamento magnifichi doni ed elogi a Giugurta, il condusse alla sua tenda, ed ivi segretamente lo ammonì „ che in pub-
„ blico più che in privato coltivasse l'ami-
„ cizia del popolo romano: non si avvezzas-
„ se a far larghi presenti ai particolari: con
„ pericolo comprarsi da pochi ciò ch'è di
„ molti: s'ei continuasse nelle sue virtù, da
„ sè gli verrebbe e gloria e regno: se si af-
„ frettasse di troppo, con tutto il suo da-
„ naro cadrebbe in precipizio. „

IX. Ciò detto, e datogli lettere per Micipsa, l'accomiatò. Erano esse in questi sensi. „ Grande sopra ogni altro fu nella guerra di „ Numanzia il valore del tuo Giugurta, ciò

„ rem certo scio tibi gaudio esse; nobis „ ob merita sua carus est: ut idem Sena- „ tui Populoque Romano sit, summa ope „ nitemur. Tibi quidem pro nostra amicitia „ gratulor; en habes virum dignum te, „ atque avo suo Masinissa „. Igitur rex, ubi ea quae fama acceperat, ex litteris imperatoris ita esse cognovit, cum virtute viri, tum gratia permotus, flexit animum suum; et Jugurtham beneficiis vincere adgressus est: statimque eum adoptavit, et testamento pariter cum filiis heredem instituit. Sed ipse paucos post annos, morbo, atque aetate confectus, cum sibi finem vitae adesse intelligeret, coram amicis, et cognatis, itemque Atherbale, et Hiempsale filiis, dicitur hujuscemodi verba cum Jugurtha habuisse.

X. „ Parvum ego te, Jugurtha, amis- „ so patre, sine spe, sine opibus, in meum „ regnum accepi, existumans non minus „ me tibi, quam liberis, si genuissem, ob „ beneficia carum fore: neque ea res fal- „ sum me habuit. Nam, ut alia magna, et

„ che, so di certo, ti reca gioja. A noi è caro
„ pe' meriti suoi: faremo ogni sforzo, per-
„ chè lo sia del pari al senato e al popolo ro-
„ mano. Teco per l'amicizia nostra me ne
„ congratulo: eccoti un uomo degno di te e
„ dell'avo suo Masinissa „. Il re adunque come dalle lettere del capitan generale rilevò esser vero quanto per fama aveva udito, mosso dalla virtù e dall' aderenze d' un tanto eroe, piegò il suo animo, e si provò a vincere Giugurta coi beneficj: incontanente lo adottò, e nel testamento lo istituì erede pari ai suoi figliuoli. Ma egli pochi anni appresso aggravato da malattia e dall' età, conoscendo essere al termine del viver suo, dicesi che, presenti gli amici e i congiunti, e insieme i figliuoli Aderbale e Gensale, tenesse a Giugurta un discorso di tal tenore.

X. „ Io te, Giugurta, accolsi bambino,
„ orfano, povero, derelitto, nel regno mio, sti-
„ mando che pe' miei beneficj a te sarei stato
„ caro non meno che ai miei figliuoli se ne
„ avessi generato, nè m' ingannai. Imperoc-
„ chè per tacere di altri tuoi grandi ed egregi

„ egregia tua facinora omittam, novissume,
„ rediens Numantia, meque regnumque
„ meum gloria honoravisti, tuaque virtute
„ nobis Romanos ex amicis amicissumos
„ fecisti: in Hispania nomen familiae re-
„ novatum est: postremo, quod difficillu-
„ mum inter mortalis est, gloria invidiam
„ vicisti. Nunc, quoniam mihi natura fi-
„ nem vitae facit, per hanc dextram, per
„ regni fidem moneo, obtestorque, uti hos,
„ qui tibi genere propinqui, beneficio meo
„ fratres sunt, caros habeas: neu malis
„ alienos adjungere, quam sanguine con-
„ junctos retinere. Non exercitus, neque
„ thesauri, praesidia regni sunt, verum
„ amici, quos neque armis cogere, neque
„ auro parare queas: officio et fide pa-
„ riuntur. Quis autem amicior, quam fra-
„ ter fratri? aut quem alienum fidum in-
„ venies, si tuis hostis fueris? Equidem
„ ego vobis regnum trado; firmum, si
„ boni eritis; si mali, imbecillum. Nam
„ concordia parvae res crescunt, discordia
„ maxumae dilabuntur. Caeterum ante hos,

„ fatti, ultimamente tornando da Numanzia
„ me e il regno mio di gloria fregiasti, colla
„ tua virtù a noi rendesti i Romani di amici
„ amicissimi: per te in Ispagna rinnovossi il
„ nome della famiglia; infine, ciò che diffi-
„ cilissimo è fra i mortali, colla gloria la in-
„ vidia superasti. Or poichè la natura dà
„ fine alla mia vita, per questa destra, per
„ la fede che devi al tuo re, ti avverto e
„ ti scongiuro ad amare costoro per istirpe
„ parenti, per mio beneficio fratelli, e a non
„ volere farti amici gli estranei, anzichè con-
„ servare i congiunti per sangue. Non gli e-
„ serciti, non i tesori sono i sostegni di un re-
„ gno, ma gli amici che non puoi colle armi
„ costringere, nè coll'oro acquistarti: coll'a-
„ more procacciansi e colla fede. E chi più
„ amico che fratello a fratello? O chi estra-
„ neo troverai fedele, se sarai stato nimico
„ dei tuoi? Un regno fermo io vi lascio, se
„ sarete da bene; se malvagi, mal fermo;
„ perocchè colla concordia crescono le co-
„ se piccole, colla discordia distruggonsi le
„ grandissime. Del resto più che agli altri,

„ te, Jugurtha, qui aetate, et sapientia „ prior es, ne aliter quid eveniat, pro- „ videre decet. Nam in omni certamine, „ qui opulentior est, etiam si accipit in- „ juriam, tamen, quia plus potest, facere „ videtur. Vos autem, Atherbal, et Hiem- „ psal, colite, observate talem hunc vi- „ rum: imitamini virtutem: et enitimini, „ ne ego meliores liberos sumsisse videar, „ quam genuisse. „

XI. Ad ea Jugurtha, tametsi regem ficta locutum intelligebat, et ipse longe aliter animo agitabat: tamen pro tempore benigne respondit. Micipsa paucis post diebus moritur. Postquam illi more regio justa magnifice fecerant, reguli in unum convenere, ut inter se de cunctis negotiis disceptarent. Sed Hiempsal, qui minimus ex illis erat, natura ferox, etiam antea ignobilitatem Jugurthae, qui materno genere inpar erat, despiciens, dextra Atherbalem adsedit, ne medius ex tribus, quod apud Numidas honori ducitur, Jugurtha foret. Dein tamen, ut aetati concederet,

„ a te, o Giugurta, che sei e di età e di senno
„ maggiore, convien provvedere che nulla in
„ contrario addivenga: giacchè in qualsivo-
„ glia contrasto, se colui ch' è più potente,
„ riceve ingiuria, sembra, perchè ha maggior
„ potere, che altrui la faccia. Voi poi, Ader-
„ bale e Gensale, onorate, rispettate questo
„ grand' uomo; imitatene la virtù, e fate in
„ modo che non sembri aver io migliori fi-
„ gliuoli adottato che generato. „

XI. Sebbene Giugurta comprendesse esser infinte le parole del re, ed egli stesso tutt' altro avesse in cuore, pure secondo la circostanza rispose cortesemente. Tra pochi dì Micipsa muore. Fattegli magnifiche esequie alla reale, i principi si raccolsero per ragionar insieme di tutti gli affari. Gensale, il più piccolo fra loro, per natura fiero e sprezzante anche da prima della ignobilità di Giugurta, come diseguale da lato di madre, sedè alla destra di Aderbale, affinchè Giugurta non si ponesse in mezzo, luogo il più onorifico anche presso i Numidi. Finalmente poi annojato dal fratello, perchè cedesse all' età,

fatigatus a fratre, vix in partem alteram transductus est. Ibi cum multa de administrando imperio disserent, Jugurtha inter alias res jacit: *oportere quinquennii consulta, et decreta omnia rescindi; nam per ea tempora confectum annis Micipsam parum animo valuisse. Tum idem* Hiempsal *placere sibi* respondit: *nam ipsum illum tribus proxumis annis adoptatione in regnum pervenisse*. Quod verbum in pectus Jugurthae altius, quam quisquam ratus erat, descendit. Itaque ex eo tempore ira et metu anxius, moliri, parare, atque ea modo cum animo habere, quibus Hiempsal per dolum caperetur. Quae ubi tardius procedunt, neque lenitur animus ferox: statuit quovis modo inceptum perficere.

XII. Primo conventu, quem ab regulis factum supra memoravi, propter dissensionem placuerat dividi thesauros, finisque imperii singulis constitui. Itaque tempus ad utramque rem decernitur, sed maturius ad pecuniam distribuendam.

a stento fu condotto all'altra parte. Ivi molto disputandosi sul governo del regno, Giugurta fra le altre cose si lasciò uscir di bocca *esser d'uopo annullare tutte le deliberazioni e i decreti dell'ultimo quinquennio, poichè in quel tempo Micipsa logoro dagli anni avea poco vigor di mente. Piacergli anzi tal cosa*, rispose Gensale, *perchè appunto negli ultimi tre anni era egli stesso per l'adozione pervenuto al regno*. Il qual detto penetrò nel petto di Giugurta più profondamente di quel che altri s'immaginasse. Pertanto d'indi in poi da sdegno agitato e da timore, prese a macchinare, a disporre, a tener sempre nel pensiero in qual modo cogliesse Gensale a tradimento. Il che poi lentamente procedendo, nè l'animo suo feroce ammansandosi, deliberò in qual si fosse modo dar compimento all'impresa.

XII. Nel primo congresso tenuto dai principi, come di sopra si disse, eransi a cagione dei contrasti accordati che i tesori si dividessero, e a ciascuno i limiti del suo imperio si stabilissero. Per l'una e per l'altra cosa si fissa adunque un certo tempo, ma più sollecitamente per ispartire

Reguli interea in loca propinqua thesauris alius alio concessere. Sed Hiempsal in oppido Thirmida forte ejus domo utebatur, qui proxumus lictor Jugurthae, carus acceptusque ei semper fuerat. Quem ille casu ministrum oblatum promissis onerat, inpellitque, uti tamquam suam visens domum eat; portarum claves adulterinas paret: nam verae ad Hiempsalem referebantur: ceterum, ubi res postularet, se ipsum cum magna venturum manu. Numida mandata brevi conficit: atque, uti doctus erat, noctu Jugurthae milites introducit. Qui postquam in aedes inrupere, diversi regem quaerere: dormientis alios, alios occursantis interficere: scrutari loca abdita; clausa effringere: strepitu et tumultu omnia miscere: cum interim Hiempsal reperitur, occultans se tugurio mulieris ancillae, quo initio pavidus, et ignarus loci perfugerat. Numidae caput ejus, uti jussi erant, ad Jugurtham referunt.

XIII. Ceterum fama tanti facinoris per omnem Africam brevi divulgatur: Ather-

il danaro. I principi frattanto andarono chi qua, chi là, in luoghi propinqui ai tesori. Gensale nella città di Tirmida abitava per avventura in casa di uno ch' era stato primo littore di Giugurta, cui era sempre stato caro ed accetto. Il quale, ministro offertogli dal caso, da Giugurta vien caricato di promesse, e spinto ad andarsene in casa come per visitarla, ad apparecchiare chiavi false alle porte, poichè le vere portavansi a Gensale; che poi, ove la circostanza lo richiedesse, egli stesso verrebbe con forte schiera. Il Numida in breve eseguisce gli ordini, e com' era stato indettato, notte tempo introduce i soldati di Giugurta. I quali cacciatisi impetuosamente in casa, altri cercano il re, altri chi dorme uccidono, altri chi si para loro dinanzi: spiano i luoghi ascosi, rompono i chiusi, tutto riempiono di strepito e di tumulto: ecco trovasi Gensale che nel tugurio celavasi di una serva, ove dapprima, pavido e ignaro del luogo, erasi rifuggito. I Numidi secondo l' ordine ne portano la testa a Giugurta.

XIII. In breve per tutta l' Africa si divulga la fama di cotanto delitto: da tremore è

balem, omnisque, qui sub Micipsae imperio fuerant, metus invadit. In duas partis discedunt Numidae: plures Atherbalem sequuntur, sed illum alterum bello meliores. Igitur Jugurtha quam maxumas potest copias armat: urbes partim vi, alias voluntate imperio suo adjungit: omni Numidiae imperare parat. Atherbal, tametsi Romam legatos miserat, qui senatum docerent de caede fratris, et fortunis suis; tamen fretus multitudine militum, parabat armis contendere. Sed ubi res ad certamen venit, victus ex proelio profugit in provinciam, ac deinde Romam contendit. Tum Jugurtha, patratis consiliis, postquam omni Numidia potiebatur, in otio facinus suum cum animo reputans, timere populum Romanum, neque advorsus iram ejus usquam, nisi in avaritia nobilitatis et pecunia sua spem habere. Itaque, paucis diebus, cum argento, et auro multo Romam legatos mittit: queis praecipit, uti primum veteres amicos muneribus expleant: deinde novos adquirant: postremo, quem-

preso Aderbale, e tutti coloro ch' erano stati sudditi di Micipsa. In due partonsi i Numidi: i più sieguono Aderbale, l' altro i più guerrieri. Giugurta adunque arma più gente che può, alcune città aggiunge colla forza al suo imperio, altre volontarie, e disponesi alla signoria di tutta quanta la Numidia. Quantunque Aderbale avesse spediti a Roma ambasciadori, i quali informassero il senato della uccisione del fratello e dello stato suo, confidato nondimeno nel numero dei suoi soldati si apparecchiava a contrastare coll' armi. Ma venuti a giornata, vinto fuggissi nella provincia, e quindi andò a Roma. Allora Giugurta compiuti i suoi disegni, essendo signore dell' intera Numidia, riflettendo nella quiete al suo delitto, temeva il popolo romano, e in niun' altra cosa contro l' ira di lui confidava, sennonchè nell' avarizia dei nobili e nel suo danaro. Pertanto dopo pochi giorni manda a Roma ambasciadori con grossa somma d' argento e d' oro, ai quali comanda che prima colmino di doni i vecchi amici, poscia altri ne acquistino, infine quanto

cumque possint largiundo parare, ne cunctentur. Sed ubi Romam legati venere, et ex praecepto regis, hospitibus, aliisque, quorum ea tempestate in senatu auctoritas pollebat, magna munera misere; tanta commutatio incessit, ut ex maxuma invidia in gratiam et favorem nobilitatis Jugurtha veniret: quorum pars spe, alii praemio inducti, singulos ex senatu ambiundo nitebantur, ne gravius in eum consuleretur. Igitur, ubi legati satis confidunt, die constituto senatus utrisque datur. Tum Atherbalem hoc modo locutum accepimus.

XIV. „ P. C., Micipsa pater meus mo-
„ riens mihi praecepit, uti regni Numi-
„ diae tantummodo procurationem existu-
„ marem meam; ceterum jus, et impe-
„ rium penes vos esse: simul eniterer do-
„ mi, militiaeque quam maxumo usui esse
„ populo Romano; Vos mihi cognatorum,
„ vos in locum adfinium ducerem: si ea
„ fecissem, in vestra amicitia exercitum,
„ divitias, munimenta regni me habitu-

si può con larghi doni comprare, in fretta si comperi. Giunti a Roma gli ambasciadori e, giusta gli ordini del re, mandato ricchi presenti agli ospiti e ad altri in quel tempo nel senato autorevoli, tanta mutazione si vide, che dal massimo odio venne Giugurta nella grazia e nel favore dei nobili; i quali, altri da speranza indotti, altri da premio, ciascun senatore attorniando adoperavansi che contro lui non si prendesse severa deliberazione. Quando adunque ebbero gli ambasciadori fiducia bastante, in giorno prefisso furono ambe le parti ammesse in senato. Intendemmo allora che Aderbale parlasse in questo modo.

XIV. „ P. Coscritti, Micipsa mio padre „ morendo mi comandò che del regno di Nu- „ midia soltanto l' amministrazione stimassi „ mia, del rimanente vostro n' era il dominio, „ vostro il governo; e insieme mi sforzassi di „ essere quanto più utile per me si potesse al „ popolo romano in pace ed in guerra: voi in „ luogo di parenti tenessi, voi in luogo di af- „ fini: se ciò avessi fatto, avrei nella vostra „ amicizia esercito, ricchezze, appoggi del re-

„ rum. Quae cum praecepta patris mei
„ agitarem; Jugurtha, homo omnium, quos
„ terra sustinet, sceleratissimus, contemto
„ imperio vestro, Masinissae me nepotem,
„ etiam ab stirpe socium, atque amicum po-
„ puli Romani, regno, fortunisque omni-
„ bus expulit. Atque ego, P. C., quoniam
„ eo miseriarum venturus eram, vellem,
„ potius ob mea, quam ob majorum meo-
„ rum beneficia posse me a vobis auxilium
„ petere, ac maxume deberi mihi beneficia
„ a populo Romano, quibus non egerem;
„ secundum ea, si desiderauda erant, uti
„ debitis uterer. Sed quoniam parum tuta
„ per se ipsa probitas est; neque mihi
„ in manu fuit, Jugurtha qualis foret:
„ ad vos confugi P. C. quibus, quod mihi
„ miserrumum est, cogor prius oneri,
„ quam usui esse. Caeteri reges, aut bello
„ victi in amicitiam a vobis recepti sunt,
„ aut in suis dubiis rebus societatem ves-
„ tram adpetiverunt. „

XV. „ Familia nostra cum populo
„ Romano bello Carthaginiensi amicitiam

„ gno. I quali precetti del padre meditando
„ io, Giugurta, uomo fra quanti la terra ne
„ sostiene scelleratissimo, vilipeso l' imperio
„ vostro, me nipote di Masinissa e per famiglia
„ confederato ed amico del popolo romano,
„ dal regno cacciò e da tutti i beni. Ora io,
„ P. C., poichè dovea ridurmi in sì misera-
„ bile stato, vorrei poter a voi chiedere soc-
„ corso più pe' beneficj miei che per quegli
„ de' miei maggiori; e molto più vorrei che
„ dal popolo romano mi si dovessero beneficj
„ de' quali non abbisognassi, o almeno, essen-
„ do per abbisognarne, vorrei poterne usare
„ come di cosa dovutami. Ma poichè per sè
„ stessa poco sicura è l' innocenza, nè io pre-
„ vedeva qual fosse per esser Giugurta, presso
„ di voi mi ricoverai, P. C., ai quali (ciocch' è
„ dolorosissimo) sono costretto ad essere pri-
„ ma di carico che di vantaggio. Gli altri re,
„ o vinti in guerra furono ammessi all' amici-
„ zia vostra, o ne' loro pericoli bramarono la
„ vostra confederazione. „

XV. „ La nostra famiglia contrasse ami-
„ cizia col popolo romano nella guerra Carta-

„ instituit, quo tempore magis fides ejus,
„ quam fortuna pendenda erat. Quorum
„ progeniem vos, P. C., nolite pati me,
„ nepotem Masinissae, frustra a vobis au-
„ xilium petere. Si ad inpetrandum nihil
„ caussae haberem, praeter miseraudam
„ fortunam; quod paullo ante rex genere,
„ fama, atque copiis potens, nunc defor-
„ matus aerumnis, inops, alienas opes
„ exspecto; tamen erat majestatis populi
„ Romani prohibere injuriam, neque pati,
„ cujusquam regnum per scelus crescere.
„ Verum ego iis finibus ejectus sum, quos
„ majoribus meis populus Romanus dedit:
„ unde pater, et avus meus una vobis-
„ cum expulere Syphacem, et Carthagi-
„ nienses. Vestra beneficia mihi erepta
„ sunt, P. C., vos in mea injuria despe-
„ cti estis! Eheu me miserum! huccine,
„ Micipsa pater, beneficia tua evasere,
„ ut quem tu parem cum liberis tuis,
„ regnique participem fecisti, is potissu-
„ mum stirpis tuae exstinctor sit? Num-
„ quamne ergo familia nostra quieta erit?

„ ginese, nel qual tempo più la fedeltà di lui
„ era da osservarsi, che la fortuna. Non vo-
„ gliate, P. C., che io discendente di lei, ni-
„ pote di Masinissa, chiegga a voi soccorso
„ invano. Se per ottenerlo altra ragion non
„ avessi fuorchè il mio miserabile stato, che
„ di re potente, non ha guari, per istirpe,
„ per fama e per ricchezze, ora mendico,
„ disformato dagli stenti, aspetto l'ajuto al-
„ trui; pure alla maestà del popolo roma-
„ no si apparterrebbe impedire l'ingiuria, nè
„ comportare che il regno di chicchessia per
„ isceleratezze ingrandisca. Ma io da quel-
„ le terre sono cacciato che ai miei mag-
„ giori diede il popolo romano, d'onde il
„ padre e l'avo mio uniti a voi discacciaron
„ Siface e i Cartaginesi. I beneficj vostri mi
„ sono tolti, P. C.; voi nell'ingiuria mia siete
„ i dispregiati. Ahi! misero me! È questo,
„ o Micipsa padre mio, il frutto dei tuoi be-
„ neficj, che colui che pari facesti ai tuoi fi-
„ gliuoli, e del regno partecipe, quegli il pri-
„ mo sia il distruttore della tua stirpe? La no-
„ stra famiglia mai dunque non avrà quiete?

„ nè le parole di un inimico ai suoi fatti an-
„ teponesse „. Quindi una parte e l'altra esce dalla curia. Si chiede tosto il parer del senato: i fautori dei legati ed altri in gran parte da favore corrotti prendono a dispregiare il detto da Aderbale, ad innalzar colle lodi fino al cielo il valor di Giugurta: col favore, colla voce, insomma in ogni modo per l'altrui sceleratezza ed impietà come per propria gloria travagliavansi. Al contrario pochi che il buono ed il giusto pregiavano più che le ricchezze, opinavano ad Aderbale doversi sovvenire, e la morte di Gensale vendicare severamente. Ma sopra ogni altro Emilio Scauro, uomo nobile, infaticabile, fazioso, cupido di potenza, di onore, di ricchezze, scaltro però nell' occultare i suoi vizj, poichè si avvide essere famosi ed impudenti i doni del re, temendo, come per solito in tali cose avviene, non la sfacciata licenza accendesse l' invidia, l'animo ritenne dalla consueta passione.

XIX. Contuttociò vinse in senato il partito che alla verità il prezzo anteponeva ed il favore. Si decreta *che dieci legati dividano fra Giugurta e Aderbale il regno tenuto*

gurtham, et Atherbalem dividerent. Cujus legationis princeps fuit L. Opimius, homo clarus, et tum in senatu potens, quia consul C. Graccho, et M. Fulvio interfectis, acerrime victoriam nobilitatis in plebem exercuerat. Eum Jugurtha, tametsi Romae in amicis habuerat, tamen accuratissime recepit: dando, et pollicendo, multa perfecit, uti famae, fide, postremo omnibus suis rebus commodum regis anteferret: reliquos legatos eadem via adgressus, plerosque capit: paucis carior fides, quam pecunia fuit. In divisione, quae pars Numidiae Mauritaniam adtingit, agro virisque opulentior, Jugurthae traditur: illam alteram, specie, quam usu, potiorem, quae portuosior, et aedificiis magis exornata erat, Atherbal possedit. Res postulare videtur Africae situm paucis exponere, et eas gentis, quibuscum nobis bellum aut amicitia fuit, adtingere. Sed quae loca, et nationes ob calorem, aut asperitatem, item solitudines minus frequentata sunt, de iis haud facile comper-

già da Micipsa; della quale deputazione fu capo Lucio Opimio, uomo chiaro e allora potente in senato, perchè essendo console, uccisi C. Gracco e M. Fulvio, crudelmente aveva contro la plebe esercitata la vittoria della nobiltà. Col quale sebben Giugurta usato avesse familiarmente in Roma, pure con ogni attenzione lo accolse, e con doni e larghe promesse ottenne che egli la fama, la fede e tutte in somma le cose sue posponesse ai vantaggi del re. Colle armi stesse gli altri legati assalendo, vinse la maggior parte: a pochi fu più del danaro cara la fede. Nella divisione, quella parte di Numidia che confina colla Mauritania, più ricca di paese e d' uomini, dassi a Giugurta; l' altra più d' apparenza che d' uso migliore, come più adorna di porti e di edificj, ebbe Aderbale. Parmi la materia richiedere che in succinto esponga la situazione dell' Africa, ed accenni quelle nazioni colle quali avemmo guerra o amicizia. Ma dei luoghi e dei popoli, a causa del caldo, dei dirupi o dei deserti poco frequentati, difficilmente

tum narraverim : cetera quam paucissumis absolvam .

XX. In divisione orbis terrae plerique in parte tertia Africam posuere : pauci , tantummodo Asiam , et Europam esse ; sed Africam in Europa . Ea finis habet ab occidente , fretum nostri maris et Oceani : ab ortu solis , declivem latitudinem : quem locum Cathabathmon incolae adpellant . Mare saevum , inportuosum . Ager frugum fertilis , bonus pecori , arbori infoecundus : coelo , terraque penuria aquarum : genus hominum salubri corpore , velox , patiens laborum : plerosque senectus dissolvit , nisi qui ferro , aut bestiis interiere . Nam morbus haud saepe quemquam superat . Ad hoc , malefici generis plurima animalia . Sed qui mortales initio Africam habuerint , quique postea accesserint , aut quo modo inter se permisti sint ; quamquam ab ea fama , quae plerosque obtinet , diversum est : tamen , uti ex libris Punicis , qui regis Hiempsalis dicebantur , interpretatum nobis est ; utique rem sese habere cultores ejus terrae putant :

darò certa contezza: nel restante sarò brevissimo.

XX. Nella divisione del mondo i più ne dissero l'Africa terza parte; pochi esservi solo Asia ed Europa, e nell' Europa l' Africa. Essa da occidente confina collo stretto del nostro mare e dell' oceano, da oriente con un piano declive detto dagli abitanti *catha-bathmon*. Mare burrascoso e senza porti: terreno fertile in biade, buono a bestiame, d'alberi infecondo, penuria d' acqua piovana e terrestre. Razza d' uomini sana di corpo, veloce, sofferente delle fatiche. Manca per lo più di vecchiezza chi non è ucciso da armi o da fiere; è rado che uno sia vinto da malattia. Inoltre abbonda di velenosi animali: Ma quali uomini i primi abitassero l' Africa, quali vi siano sopravvenuti, e come insieme mescolatisi, sebben diversamente da quell'opinione che corre presso la maggior parte, pur dirò brevissimamente quel che a noi è stato interpretato dai libri punici che dicevansi del re Gensale, e come credono che tal cosa sia gli abitanti di quel paese.

quam paucissumis dicam. Ceterum fides ejus rei penes auctores erit.

XXI. Africam initio habuere Gaetuli, et Libyes, asperi, inculticque; queis cibus erat caro ferina, atque humi pabulum, uti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege, aut imperio cujusquam regebantur: vagi, palantes, quas nox coëgerat, sedes habebant. Sed postquam in Hispania Hercules, sicuti Afri putant, interiit: exercitus ejus compositus ex variis gentibus, amisso duce, ac passim multis sibi quisque imperium petentibus, brevi dilabitur. Ex eo numero Medi, Persae, et Armenii, navibus in Africam transvecti, proxumos nostro mari locos occupavere. Sed Persae intra Oceanum magis: iique alveos navium inversos pro tuguriis habuere: quia neque materia in agris, neque ab Hispanis emendi, aut mutandi copia erat. Mare magnum, et ignara lingua commercia prohibebant. Hi paullatim per connubia Gaetulos secum miscuere: et quia saepe tentantes agros, alia deinde,

Resterà per altro presso i suoi autori la fede di un tal racconto.

XXI. L' Africa da principio fu abitata dai Getuli e Libj, selvaggi, inculti, che cibavansi di carne ferina e di terrestre pascolo come le bestie. Non costumanze, non leggi, non imperio reggevali di chicchessia: vagabondi, sparsi; là dove li coglieva la notte, posavansi. Ma morto Ercole in Ispagna, come credono gli Africani, il suo esercito composto di varie nazioni, perduto il capitano, e molti, ciascuno per sè, chiedendone disordinatamente il comando, sbandasi in breve. Fra questi i Medi, i Persiani e gli Armeni, venuti sulle navi in Africa, occuparono i luoghi propinqui al nostro mare: i Persiani più verso l' oceano. Questi si fecero tetto del fondo delle lor navi rovesciato, non avendo materiali nelle campagne, nè modo di far compre o cambj cogli Spagnuoli, co' quali il vasto mare e l' ignorarne il linguaggio impediva ogni commercio. A poco a poco ne' matrimonj mescolaronsi coi Getuli; e perchè, provando le campagne, erano passati sovente da

atque alia loca petiverant, semet ipsi Numidas adpellavere. Ceterum adhuc aedificia Numidarum agrestium, quae *mapalia* illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinae sunt. Medis autem et Armeniis accessere Libyes. Nam hi propius mare Africum agitabant: Gaetuli sub sole magis, haud procul ab ardoribus: hique mature oppida habuere. Nam, fretu divisi ab Hispania, mutare res inter se instituerant. Nomen eorum paullatim Libyes corrupere, barbara lingua Mauros pro Medis adpellantes. Sed res Persarum brevi adolevit: ac postea nomine Numidae propter multitudinem, a parentibus digressi, possedere ea loca, quae proxuma Carthaginem Numidia adpellatur. Deinde, utrique alteris freti, finitimos armis, aut metu sub imperium suum coëgere, nomen gloriamque sibi addidere; magis hi, qui ad nostrum mare processerant: quia Libyes, quam Gaetuli, minus bellicosi: denique Africae pars inferior pleraque ab Numidis possessa est;

un luogo ad altro, eglino stessi diedersi il nome di Numidi. Del resto anche oggi gli edifici agresti dei Numidi ch' essi chiamano *mapalia*, bislunghi, coperti di pareti incurvate, assomigliano alle carene delle navi. I Medi e gli Armeni poi accostaronsi ai Libj, poichè questi abitavano più vicino al mare Africano: i Getuli più sotto al sole non lunge dai luoghi ov' è ardente; ed ebbero presto città, perchè, divisi dalla Spagna sol da uno stretto, avevano preso a far de' cambj tra loro. I Libj corruppero a poco a poco il nome dei primi appellandoli nella loro barbara lingua Mauri invece di Medi. Lo stato dei Persiani in breve ingrandì, e quindi sotto nome di Numidi, pel troppo numero partitisi dai padri loro, occuparono quei luoghi presso a Cartagine che chiamansi Numidia. Di poi gli uni sostenuti dagli altri sottomisero al loro imperio i confinanti o coll' armi o col timore: crebbero così e di nome e di gloria; e più quelli che si erano avvicinati al nostro mare, perchè i Libj sono meno bellicosi dei Getuli. Finalmente la parte inferiore dell' Africa è per lo più posseduta dai Numidi:

victi omnes in gentem nomenque imperantium concessere.

XXII. Postea Phoenices, alii multitudinis domi minuendae gratia, pars imperii cupidine; solicitata plebe, et aliis novarum rerum avidis, Hipponem, Hadrumetum, Leptim, aliasque urbes in ora maritima condidere: haeque brevi multum auctae, pars originibus suis praesidio, aliae decori fuere. Nam de Carthagine silere melius puto, quam parum dicere: quoniam alio properare tempus monet. Igitur ad Cathabathmon, qui locus Ægyptum ab Africa dividit, secundo mari prima Cyrene est, colonia Thereon, ac deinceps duae Syrtes, interque eas Leptis: deinde Philenon Arae: quem locum Ægyptum versus finem imperii habuere Carthaginienses: post aliae Punicae urbes. Cetera loca usque ad Mauritaniam Numidae tenent: proxume Hispaniam Mauri sunt: super Numidiam Gaetulos accepimus, partim in tuguriis, alios incultius vagos agitare: post eos Æthiopas esse: dein loca exusta solis

i vinti passarono tutti nella nazione e sotto il nome dei vincitori.

XXII. Poscia i Fenici, parte per minorare di numero in casa, parte per cupidità di comando, stimolata la plebe ed altri bramosi di cose nuove, fabbricarono Ippona, Adrumeto, Lepti, ed altre città nel litorale, le quali in breve cresciute di molto, furono altre di presidio, altre di splendore ai lor fondatori. Di Cartagine mi par meglio tacere che dir poco, poichè il tempo n' avverte di affrettarci altrove. Dunque presso il *Cathabathmon* che divide l' Egitto dall' Africa, lungo il mare, vien prima Cirene, colonia de' Terei: sieguono le due sirti con Lepti in mezzo, poi l' are dei Fileni ch' erano il confine del dominio cartaginese verso Egitto: quindi altre città puniche: gli altri luoghi fino alla Mauritania tengono i Numidi: vicino alla Spagna sono i Mauri. Sopra la Numidia udimmo essere i Getuli; parte in capanne; altri più incolti, errabondi: appresso, gli Etiopi; poscia i luoghi arsi dalle vampe del sole.

ardoribus. Igitur bello Jugurthino pleraque ex Punicis oppida, et finis Carthaginiensium, quos novissume habuerant, populus Romanus per magistratus administrabat: Gaetulorum magna pars, et Numidae usque ad flumen Mulucham sub Jugurtha erant: Mauris omnibus rex Bocchus imperitabat, praeter nomen, cetera ignarus populi Romani, itemque nobis neque bello, neque pace antea cognitus. De Africa, et ejus incolis, ad necessitudinem rei satis dictum.

XXIII. Postquam, diviso regno, legati Africa decessere: et Jugurtha, contra timorem animi, praemia sceleris adeptum sese videt; certum ratus, quod ex amicis apud Numantiam acceperat, *omnia Romae venalia esse*; simul et illorum pollicitationibus accensus, quos paullo ante muneribus expleverat, in regnum Atherbalis animum intendit. Ipse acer, bellicosus: at is, quem petebat, quietus, imbellis, placido ingenio, obportunus injuriae; metuens magis, quam metuendus.

Pertanto nella guerra giugurtina il popolo romano governava per suoi magistrati quasi tutte le città puniche e le frontiere dei Cartaginesi acquistate di fresco: una gran parte dei Getuli e i Numidi fino al fiume Moluca erano sotto Giugurta: i Mauri tutti signoreggiava il re Bocco che, tranne il nome, tutt'altro ignorava del popolo romano; e a noi pure nè per pace, nè per guerra mai noto in addietro. Dell' Africa e de' suoi abitanti si è all' uopo nostro detto abbastanza.

XXIII. Poichè, diviso il regno, partironsi d' Africa i legati, e Giugurta, contro ciò che in suo cuor paventava, vide aver ottenuto della suà scelleraggine il premio, tenendo per fermo quello che dagli amici presso Numanzia aveva inteso, *tutto vendersi in Roma*, e insieme infiammato dalle promesse di coloro che poco prima avea colmati di doni, tolse di mira il regno di Aderbale. Egli fiero, bellicoso; quegli contro cui se la prendea, quieto, imbelle, d' indole pacifica, alle ingiurie opportuno, più pauroso, che formidabile.

Igitur ex improviso finis ejus cum magna manu invadit: multos mortalis cum pecore, atque alia praeda capit: aedificia incendit: pleraque loca hostiliter cum equitatu accedit. Deinde cum omni multitudine in regnum suum convertit, existumans dolore permotum Atherbalem injurias suas manu vindicaturum, eamque rem belli caussam fore. At ille, quod neque se parem armis existumabat, et amicitia populi Romani magis, quam Numidis, fretus erat; legatos ad Jugurtham de injuriis questum misit: qui tametsi contumeliosa dicta retulerant, prius tamen omnia pati decrevit, quam bellum sumere: quia tentatum antea secus cesserat. Neque eo magis cupido Jugurthae minuebatur: quippe qui totum ejus regnum animo jam invaserat. Itaque non, uti antea, cum praedatoria manu, sed magno exercitu comparato, bellum gerere coepit, et aperte totius Numidiae imperium petere. Ceterum, qua pergebat, urbes, agros vastare, praedas agere; suis animum, hostibus terrorem augere.

All' improviso dunque i confini ne invade con forte schiera: molti uomini prende con bestiame e altra preda, arde gli edificj, e quasi per tutto ostilmente si appressa colla cavalleria · quindi con tutti i suoi ritorna nel suo regno, giudicando che Aderbale, spinto dal dolore, coll' armi vendicherebbe le sue ingiurie, e da ciò verrebbe occasione di guerra. Ma quegli, e perchè pari non credeasi di forze, e perchè più nell' amicizia confidava del popolo romano che nei Numidi, mandò ambasciatori a Giugurta a dolersi delle ingiurie; i quali sebbene riportate avessero oltraggiose risposte, pure stabilì tutto soffrire piuttosto che intraprendere guerra, che tentata altra volta gli era riuscita a danno. Nè perciò minoravasi punto la cupidità di Giugurta, siccome quegli che tutto il regno di lui aveva già occupato nell' animo suo. Non più adunque come prima con saccomanni, ma allestito numeroso esercito, cominciò a far la guerra e a pretendere scopertamente l'imperio di tutta quanta la Numidia. Ed ove giungeva, città e campi guastava e saccheggiava, ai suoi crescendo animo, agl' inimici terrore.

XXIV. Atherbal, ubi intelligit eo processum, uti regnum aut relinquendum esset, aut armis retinendum; necessario copias parat, et Jugurthae obvius procedit. Interim haud longe a mari prope Cirtam oppidum utriusque exercitus consedit: et quia diei extremum erat, proelium non inceptum. Sed ubi plerumque noctis processit, obscuro etiam tum lumine, milites Jugurthini, signo dato, castra hostium invaduut; semisomnos partim, alios arma sumentes fugant, funduntque. Atherbal cum paucis equitibus Cirtam profugit: et, ni multitudo togatorum fuisset, quae Numidas insequentes moenibus prohibuit, uno die inter duos reges coeptum, atque patratum bellum foret. Igitur Jugurtha oppidum circumsedit: vineis, turribusque, et machinis omnium generum expugnare adgreditur: maxume festinans tempus legatorum antecapere, quos ante proelium factum ab Atherbale Romam missos audiverat. Sed postquam senatus de bello eorum accepit, tres adulescentes in Afri-

XXIV. Come Aderbale si avvide esser giunto a termine da dovere o abbandonare il regno o conservarlo coll' armi, di necessità arrola truppe, e fassi incontro a Giugurta. L' esercito d' ambedue campeggiò presso Cirta, città non lontana dal mare; e perchè il giorno era sull' imbrunire, non fu attaccata la zuffa. Ma il più della notte trascorso, dubbio essendo tuttora il romper del dì, i soldati di Giugurta, dato il segno, assaltano il campo degl' inimici, e parte sonnacchiosi, parte nel pigliar l' armi, fugano, sbaragliano. Aderbale con pochi cavalli fuggissi in Cirta, e senza la moltitudine dei Romani che lontani tenne dalle mura i perseguitanti Numidi, in un giorno solo sarebbesi fra i due re incominciata e finita la guerra. Giugurta dunque assedia la città; con gallerie, torri e macchine d' ogni maniera tenta di espugnarla, affrettandosi soprattutto di prevenire i legati che aveva udito prima della battaglia essere stati da Aderbale spediti a Roma. Ma poichè il senato ebbe contezza della loro guerra, spedisconsi in Africa tre giovani

cam legantur; qui ambos reges adeant; senatus populique Romani verbis nuntient, *velle, et censere eos ab armis discedere: de controversiis suis, jure potius, quam bello disceptare: ita seque, illisque dignum esse.*

XXV. Legati in Africam maturantes veniunt, eo magis, quod Romae, dum proficisci parant, de proelio facto, et obpugnatione Cirtae audiebatur: sed is rumor clemens erat. Quorum Jugurtha accepta oratione respondit: „Sibi neque majus quid„quam neque carius auctoritate senati: ab „adulescentia sua ita se enisum, ut ab „optimo quoque probaretur: virtute, non „malitia, P. Scipioni, summo viro, pla„cuisse: ob easdem artes a Micipsa, non „penuria liberorum, in regnum adopta„tum esse; ceterum, quo plura bene, „atque strenue fecisset, eo animum suum „injuriam minus tolerare: Atherbalem do„lis vitae suae insidiatum: quod ubi com„perisset, ejus sceleri obviam isse: po„pulum Romanum neque recte, neque

ambasciatori che vadano a trovare i due re, e faccian loro sapere in nome del senato e del popolo romano, *volere e decretare che posino l' armi; le lor differenze discutano per via di ragione piuttosto che colla guerra: così esser degno di sè e di loro.*

XXV. Vengono i legati solleciti in Africa, tanto più che in Roma, mentre alla partenza si apparecchiavano, bucinavasi della seguita battaglia e dell' oppugnazione di Cirta; ma tal voce era minore del vero. Giugurta, intesi i legati, rispose: „ niuna cosa avere in „ maggior pregio, nè piu cara dell' autorità „ del senato: aver fin dall' adolescenza sua fat- „ to ogni sforzo per ottener la lode degli otti- „ mi: per virtù non per astuzia essersi reso „ accetto a P. Scipione, uomo sommo; per le „ arti stesse e non per iscarsezza di figliuoli „ essere stato da Micipsa adottato nel regno. „ Del resto quanto più era vivuto bene e da „ prode, tanto l' animo suo meno tollerava „ un' ingiuria. Aderbale aver con inganni insi- „ diata la vita sua, ed egli, scoperto ciò, averne „ prevenuta la fellonia. Nè rettamente, nè

„ pro bono facturum, si ab jure gentium „ sese prohibuerit: postremo, de omnibus „ rebus legatos Romam brevi missurum „. Ita utrique digrediuntur. Atherbalis adpellandi copia non fuit. Jugurtha ubi eos Africa decessisse ratus est, neque propter naturam loci Cirtam armis expugnare potest: vallo, atque fossa moenia circumdat: turres exstruit, easque praesidiis firmat: praeterea dies, noctesque, aut per vim, aut dolis tentare: defensoribus moenium praemia modo, modo formidinem ostentare: suos hortando ad virtutem arrigere: prorsus intentus cuncta parare. Atherbal ubi intellegit omnis suas fortunas in extremo sitas, hostem infestum, auxilii spem nullam, penuria rerum necessariarum bellum trahi non posse; ex iis, qui una Cirtam profugerant, duos maxume inpigros delegit; eos, multa pollicendo, ac miserando casum suum, confirmat, uti per hostium munitiones noctu ad proxumum mare, dein Romam pergerent. Numidae paucis diebus jussa efficiunt: literae Ather-

„ giustamente farebbe il popolo romano, se „ gl' impedisse l' usare del diritto delle genti: „ finalmente per tutte queste cose manderebbe „ in breve ambasciatori a Roma „. Così partonsi e gli uni e gli altri. Aderbale non ebbe campo di parlare. Quando Giugurta credè ch' essi fossersi partiti d' Africa, non potendo per la natura del luogo espugnar Cirta d' assalto, ne circonda le mura di vallo e di fossa, fabbrica torri e le guarnisce di presidj, e tenta dì e notte o la forza o gl' inganni; ai difensori delle mura or premj ostenta, or pena, i suoi infiamma a virtù, sollecito e intento, a tutto provvede. Poichè Aderbale conobbe essere all' estremo d' ogni sua fortuna, l' inimico implacabile, niuna speranza di soc[illegible]re non potere per difetto di cose necessarie prolungar la guerra, sceglie fra coloro ch' eransi con esso lui rifuggiti in Cirta due speditissimi, i quali con molte promesse, e con muoverli a pietà della sua disavventura, persuade ad andare nottetempo per le fortificazioni nemiche al mar vicino, e quindi a Roma. I Numidi eseguiscono gli ordini in pochi giorni: furon le lettere d' Ader-

balis in senatu recitatae, quarum sententia haec fuit.

XXVI. „ Non mea culpa saepe ad „ vos oratum mitto, P. C., sed vis Ju- „ gurthae subigit: quem tanta lubido ex- „ stinguendi me invasit, ut neque vos, „ neque Deos inmortalis in animo habeat; „ sanguinem meum, quam omnia, malit. „ Itaque quinctum jam mensem socius et „ amicus populi Romani armis obsessus „ teneor: neque mihi Micipsae patris mei „ beneficia, neque vestra decreta auxilian- „ tur: ferro, an fame acrius urgear, in- „ certus sum. Plura de Jugurtha scribere „ dehortatur fortuna mea: etiam ante ex- „ pertus sum, parum fidei miseris esse. „ Nisi tamen intellego illum, supra quam „ ego sum, petere, neque simul amici- „ tiam vestram, et regnum meum spe- „ rare: utrum gravius existumet, nemini „ occultum est. Nam initio occidit Hiem- „ psalem fratrem meum: deinde patrio re- „ gno me expulit. Quae sane fuerint nos- „ trae injuriae, nihil ad vos. Verum nunc

bale lette in senato: questo n' era il sentimento.

XXVI. „ Non per colpa mia mando sì
„ spesso a pregarvi, P. C.; a ciò mi sospin-
„ ge la violenza di Giugurta, cui tanta sma-
„ nia prese della mia morte, che nè di voi
„ ha pensiero, nè degli Dei immortali: il mio
„ sangue vuole più che tutt' altro. Sono già
„ cinque mesi che io confederato ed amico
„ del popolo romano mi veggo dall'armi as-
„ sediato; nè i beneficj di Micipsa mio pa-
„ dre, nè mi giovano i vostri decreti. Se più
„ crudelmente il ferro o la fame mi prema,
„ io nol so. Più a lungo scrivere di Giu-
„ gurta non consente lo stato mio: anche al-
„ tra volta ho provato che ai miseri si ha
„ poca fede. Eppure comprendo bene ch' ei
„ mira più alto che a me, e che non ispera
„ il mio regno e insieme la vostra amicizia.
„ E chi non vede quale delle due cose ap-
„ prezzi di più? Poichè uccise in prima Gen-
„ sale mio fratello, poscia me discacciò dal
„ regno paterno. Ma quali state sieno le in-
„ giurie nostre, non ve ne caglia: ora poi

„ regnum vestrum armis tenet: me, quem „ vos imperatorem Numidis posuistis, clau- „ sum obsidet: legatorum verba quanti „ fecerit, pericula mea declarant. Quid „ est reliquum, nisi vis vestra, qua mo- „ veri possit? nam ego quidem vellem, „ et haec quae scribo, et illa quae antea „ in senatu questus sum, vana forent „ potius, quam miseria mea fidem verbis „ faceret. Sed quoniam eo natus sum, „ ut Jugurthae scelerum ostentui essem; „ non jam mortem, neque aerumnas, tan- „ tummodo inimici imperium, et crucia- „ tus corporis deprecor. Regno Numidiae, „ quod vestrum est, uti lubet, consulite: „ me ex manibus inpiis eripite, per ma- „ jestatem imperii, per amicitiae fidem; „ si ulla apud vos memoria remanet avi „ mei Masinissae „.

XXVII. His litteris recitatis, fuere qui exercitum in Africam mittendum censerent, et quamprimum Atherbali subveniendum; de Jugurtha interim uti consuleretur, quoniam non paruisset legatis. Sed

„ occupa armato il vostro regno, me posto
„ da voi al governo dei Numidi, tiene stretto
„ di assedio: qual conto abbia fatto delle pa-
„ role dei legati, i miei pericoli lo manife-
„ stano. Che altro ci resta per ismuoverlo
„ fuorchè la vostra forza? Io ben vorrei e ciò
„ che scrivo, e quello di che già mi dolsi in
„ senato, fosse falso, anzichè la mia miseria
„ delle parole facesse fede. Ma poichè nac-
„ qui per essere spettacolo delle scelleratezze
„ di Giugurta, ormai non le calamità, non
„ la morte ricuso; ch'io sfugga soltanto al-
„ la signoria dell' inimico, ai tormenti del
„ corpo. Al regno di Numidia, ch' è vostro,
„ provvedete voi come vi piace, me traete
„ dall' empie mani, per la maestà dell' im-
„ perio, per la fede dell' amicizia, seppu-
„ re qualche memoria resta fra voi dell' avo
„ mio Masinissa. „

XXVII. Lette queste lettere, fuvvi chi giudicò doversi mandare un esercito in Africa e tosto soccorrere Aderbale, e in questo mezzo deliberare intorno a Giugurta, perchè non aveva ubbidito ai Legati. Ma

ab iisdem illis fautoribus regis summa ope enisum, ne tale decretum fieret. Ita bonum publicum, ut in plerisque negotiis solet, privata gratia devictum. Legantur tamen in Africam majores natu, nobiles, amplis honoribus usi: in queis fuit M. Scaurus, de quo supra memoravimus, consularis, et tum in senatu princeps. Hi, quod res in invidia erat, simul et a Numidis obsecrati, triduo navim adscendere: deinde brevi Uticam adpulsi, litteras ad Jugurtham mittunt, *quam ocyssume ad provinciam adcedat*; *se ad eum ab senatu missos*. Ille, ubi accepit homines claros, quorum auctoritatem Romae pollere audiverat, contra inceptum suum venisse: primo commotus metu, atque lubidine, divorsus agitabatur. Timebat iram senati, ni paruisset legatis: porro animus cupidine coecus ad inceptum scelus rapiebat. Vicit tamen in avido ingenio pravum consilium. Igitur, exercitu circumdato, summa vi Cirtam inrumpere nititur, maxume sperans

da quegli stessi fautori del re tentossi ogni via acciocchè il decreto non si facesse. Così il pubblico bene, come per lo più negli affari suole avvenire, fu vinto dalle private aderenze. Tuttavia spedisconsi Legati in Africa personaggi provetti, nobili, per sostenute dignità riguardevoli, fra i quali M. Scauro di cui sopra facemmo menzione, uom consolare, ed in allora principe del senato. Essi e perchè la cosa era odiosa, e perchè istantemente scongiurati dai Numidi, fra tre giorni s'imbarcano, ed in breve approdati ad Utica, scrivono a Giugurta: *Si rechi nella provincia al più presto; essere stati mandati a lui dal senato*. Com' egli intese che, per opporsi al suo concetto, erano venuti uomini chiari, la cui autorità aveva udito essere in Roma potente, turbato a principio, era dal timore e dalla cupidigia variamente agitato. Paventava l' ira del senato, se non ubbidiva ai Legati; ma l'animo cieco di cupidigia alla intrapresa scelleraggine lo strascinava. Vinse alfine nell' avido cuore il malvagio consiglio. Circondata adunque coll'esercito Cirta con sommo impeto d' entrarvi si sforza, sperando soprattutto che, dopo aver in tal

diducta manu hostium, aut vi, aut dolis sese casum victoriae inventurum. Quod ubi secus procedit, neque, quod intenderat, efficere potest, ut prius, quam legatos conveniret, Atherbalis potiretur; ne amplius morando Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet, cum paucis equitibus in provinciam venit. At tametsi senati verbis graves minae nunciabantur, quod ab obpugnatione non desisteret; multa tamen oratione consumta, legati frustra discessere.

XXVIII. Ea postquam Cirtae audita sunt, Italici, quorum virtute moenia defensabantur; confisi, deditione facta, propter magnitudinem populi Romani inviolatos sese fore, Atherbali suadent, uti seque, et oppidum Jugurthae tradat: tantum ab eo vitam paciscatur, de ceteris senatui curae fore. At ille, tametsi omnia potiora fide Jugurthae rebatur; tamen, quia penes eosdem, si advorsaretur, cogendi potestas erat, ita, uti censuerant Italici, deditionem facit. Jugurtha in primis Atherbalem

guisa separati i nemici, troverebbe occasione di vittoria o per forza o per inganno. La qual cosa poichè non gli riesce, nè può effettuare ciò che avea divisato, di avere Aderbale in poter suo prima di andar dai legati; per non irritare con più lunga dimora Scauro cui temeva moltissimo, andò con pochi cavalli nella provincia. E sebbene gli fossero in nome del senato intimate gravi minacce, perchè dall' oppugnazione non si rimaneva, pure, dopo molti infruttuosi ragionamenti, i legati senza nulla ottenere si dipartirono.

XXVIII. Tali cose uditesi in Cirta, gl' italiani, dalla virtù de' quali erano difese le mura, confidando che in una resa resterebbero, per l' alta potenza del popolo romano, inviolati, persuadono Aderbale a dar sè e la città in mano di Giugurta: della vita soltanto patteggi con lui; del resto avrebbe cura il senato. Ma egli, sebbene giudicasse tutto esser meglio che fidarsi a Giugurta; pure, poichè essi aveano, se si fosse opposto, potestà di costringerlo, secondo la proposta degl' italiani si arrende. Giugurta mette a morte dopo fieri strazj Aderbale

excruciatum necat: deinde omnis puberes Numidas, atque negotiatores promiscue, uti quisque armatis obvius fuerat, interfecit.

XXIX. Quod postquam Romae cognitum est, et res in senatu agitari coepta, iidem illi ministri regis, interpellando, ac saepe gratia, interdum jurgiis trahendo tempus, atrocitatem facti leniebant. Ac ni C. Memmius, tribunus plebis designatus, vir acer, et infestus potentiae nobilitatis, populum Romanum edocuisset *id agi, uti per paucos factiosos Jugurthae scelus condonaretur*: profecto omnis invidia, prolatandis consultationibus, dilapsa foret: tanta vis gratiae, atque pecuniae regis erat. Sed ubi senatus delicti conscientia populum timet; lege Sempronia provinciae futuris consulibus Numidia, atque Italia decretae: consules declarati P. Scipio Nasica, L. Bestia Calpurnius; Calpurnio Numidia, Scipioni Italia obvenit. Deinde exercitus, qui in Africam portaretur, scribitur: stipendium, aliaque, quae bello usui forent, decernuntur.

il primo, dipoi tutti i giovani Numidi e mercatanti alla rinfusa, secondo che nei suoi soldati abbattevansi.

XXIX. Poichè ciò riseppesi in Roma e la cosa cominciò a dibattersi in senato, que' medesimi agenti del re e coll' interrompere e spesso col favore, e talora colle contese, temporeggiando, l' atrocità del fatto mitigavano. E se C. Memmio, tribuno della plebe designato, uomo fiero ed infesto alla potenza della nobiltà non avesse dimostrato al popolo romano, *trattarsi che per mezzo di pochi faziosi fosse a Giugurta condonata la scelleraggine*, sarebbesi certamente tutto l' odio, col prolungar le consulte, dileguato: cotanta era la forza delle aderenze e dell' oro del re. Ma il senato, conscio del delitto, temendo il popolo, decreta, secondo la legge Sempronia, per provincia ai futuri consoli la Numidia e l' Italia. P. Scipione Nasica, e L. Bestia Calpurnio son dichiarati consoli. A Calpurnio toccò in sorte la Numidia, a Scipione l' Italia. Si arrola quindi l' esercito da traghettarsi in Africa: decretasi lo stipendio ed altre cose d' uso in guerra.

XXX. At Jugurtha, contra spem nuncio accepto, quippe cui, Romae omnia venire, in animo haeserat; filium, et cum eo duos familiares ad senatum legatos mittit; iisque, uti illis, quos Hiempsale interfecto miserat, praecipit, *omnis mortalis pecunia adgrediantur*. Qui postquam Romam adventabant; senatus a Bestia consultus est, *placeretne legatos Jugurthae recipi moenibus*: iique decrevere, *Nisi regnum, ipsumque deditum venissent, uti in diebus proxumis decem Italia cederent*. Consul Numidis ex senati decreto nunciari jubet. Ita infectis rebus, illi domum discedunt: Interim Calpurnius, parato exercitu, legat sibi homines nobiles, factiosos, quorum auctoritate, quae deliquisset, munita fore sperabat: in queis fuit Scaurus, cujus de natura et habitu supra memoravimus. Nam in consule nostro multae, bonaeque artes animi, et corporis erant: quas omnis avaritia praepediebat. Patiens laborum, acri ingenio, satis providens, belli haud ignarus, firmissumus contra pericula et insidias.

XXX. Ma Giugurta cui stava fisso nell'animo che tutto in Roma fosse venale, ricevuto, contro la speranza, questo avviso, manda un suo figliuolo con due familiari ambasciadori al senato, e loro, siccome a quelli che ucciso Geusale spedito avea, comanda che *ogni mortale assaltino col danaro*. I quali accostandosi a Roma, fu da Bestia richiesto il senato: *se gli piacesse o no che gli ambasciatori di Giugurta fossero ammessi entro le mura*; ed essi decretarono: *che se non venissero per arrendere e il regno e lui, uscissero fra dieci giorni d' Italia*. Ordina il copsole che s'intimino queste cose ai Numidi per decreto del senato: così quegli, senz'aver fatto nulla, tornano a casa. Frattanto Calpurnio, allestito l'esercito, elegge seco uomini nobili, faziosi, l'autorità de' quali sperava dovergli essere di scudo ne' suoi errori: fra questi fu Scauro, della cui natura e costume facemmo sopra menzione. Erano in vero nel nostro console molte arti buone e d'animo e di corpo, tutte però soverchiate dall'avarizia. Fu tollerante delle fatiche, acuto d'ingegno, abbastanza provvido; fu non ignaro di guerra, contro i pericoli e le insidie saldissimo.

Sed legiones per Italiam Rhegium, atque inde Siciliam, porro ex Sicilia in Africam transvectae. Igitur Calpurnius, initio paratis commeatibus, acriter Numidiam ingressus est: multosque mortalis, et urbis aliquot pugnando cepit.

XXXI. Sed ubi Jugurtha per legatos pecunia tentare, bellique, quod administrabat, asperitatem ostendere coepit; animus aeger avaritia facile conversus est. Ceterum socius, et administer omnium consiliorum adsumitur Scaurus: qui tametsi a principio, plerisque ex factione ejus corruptis, acerrume regem inpugnaverat; tamen, magnitudine pecuniae a bono, honestoque in pravum abstractus est. Sed Jugurtha primum tantummodo belli moram redimebat, existumans sese aliquid interim Romae pretio, aut gratia effecturum: postea vero quam participem negotii Scaurum accepit; in maxumam spem adductus recuperandae pacis, statuit cum eis de omnibus pactionibus praesens agere. Ceterum interea fidei caussa mittitur a consule Sextius

Furono le legioni condotte per l' Italia a Reggio, dipoi in Sicilia, d' indi in Africa. Pertanto Calpurnio da principio, preparata la vettovaglia, fieramente entrò in Numidia, e pugnando prese molta gente ed alcune città.

XXXI. Ma quando Giugurta cominciò per mezzo di ambasciadori a tentarlo con danaro, ed a mostrargli le difficoltà della guerra che amministrava, l'animo, d' avarizia infetto, facilmente mutossi. Prende per compagno e ministro di tutti i consigli Scauro, il quale sebbene prima, mentre i più della sua fazione erano corrotti, avesse acerbamente oprato contro al re; pure il molto oro dal buono e dall'onesto alle malvagità strascinollo. Or Giugurta dapprima comperava solo la dilazion della guerra, giudicando che frattanto o per danaro o per favore otterrebbe qualche cosa a Roma; ma poichè seppe essère Scauro partecipe dell' affare, venuto in grandissima speranza di ricuperare la pace, deliberò di trattare con loro personalmente di tutti i patti. Ma per sua sicurezza Sestio questore mandasi

quaestor in oppidum Jugurthae Vaccam: cujus rei species erat acceptio frumenti, quod Calpurnius palam legatis imperaverat: quoniam deditionis mora induciae agitabantur. Igitur rex, uti constituerat, in castra venit: ac pauca praesenti consilio locutus de invidia sui facti, atque uti in deditionem acciperetur; reliqua cum Bestia, et Scauro secreta transigit: dein postero die, quasi per Saturam sententiis exquisitis, in deditionem accipitur. Sed, uti pro consilio imperatum erat, elephanti triginta, pecus, atque equi multi, cum parvo argenti pondere, quaestori traduntur. Calpurnius Romam ad magistratus rogandos proficiscitur: in Numidia et exercitu nostro pax agitabatur.

XXXII. Postquam res in Africa gestas, quoque modo actae forent, fama divulgavit; Romae per omnis locos et conventus, de facto consulis agitari; apud plebem gravis invidia: Patres soliciti erant: probarentne tantum flagitium, an decretum consulis subverterent, parum consta-

dal console in Vacca, città di Giugurta, sotto colore di ricevere il grano pubblicamente richiesto agli ambasciatori, giacchè per l'indugiar della resa viveasi in triegua. Il re adunque venne al campo come avea stabilito, e dette, presente il consiglio, poche cose sull'odiosità del suo operato e sul modo di accettarne la resa, si accorda nel resto segretamente con Bestia e Scauro; quindi il dì vegnente, richieste alla rinfusa le opinioni, n'è la resa accettata. Vengono consegnati al questore, come il consiglio avea comandato, trenta elefanti, bestiame e cavalli in copia, danaro poco. Calpurnio va a Roma ad eleggere i magistrati: in Numidia e nel nostro esercito viveasi in pace.

XXXII. Divolgato ch'ebbe la fama ciocch'era seguito in Africa ed in qual modo, sul fatto del console in ogni luogo, in ogni adunanza di Roma si disputava. Erane la plebe gravemente irritata, i padri pensosi, che mal sapeano se dovessero approvare cotanta infamia, o annullare il decreto del console. È so-

bat. Ac maxume eos potentia Scauri, quod is auctor et socius Bestiae ferebatur, a vero, bonoque impediebat. At C. Memmius, cujus de libertate ingenii, et odio potentiae nobilitatis supra diximus; inter dubitationem et moras senati, concionibus populum ad vindicandum hortari: monere, ne rempublicam, ne libertatem suam desererent: multa superba, et crudelia facinora nobilitatis ostendere: prorsus intentus omni modo plebis animum accendebat. Sed quoniam ea tempestate Romae Memmii facundia clara, pollensque fuit; decere existumavi, unam ex tam multis orationem ejus perscribere: ac potissimum ea dicam, quae in concione post reditum Bestiae, hujuscemodi verbis disseruit.

XXXIII. „ Multa me dehortantur a vo-
„ bis, Quirites, ni studium reipublicae om-
„ nia superet; opes factionis, vestra patien-
„ tia, jus nullum; ac maxume, quod in-
„ nocentiae plus periculi, quam honoris est.
„ Nam illa quidem piget dicere, his annis
„ quindecim quam ludibrio fueritis superbiae

prattutto dal giusto e dal buono impedivagli la potenza di Scauro, che diceasi essere stato di Bestia e direttore e compagno. Ma C. Memmio, del cui libero ingegno ed odio contro la potenza de' nobili sopra parlammo, fra 'l dubitare e l' indugiar del senato, prese a confortare colle arringhe a vendetta il popolo; ad avvertirlo di non abbandonare nè la repubblica, nè la libertà, a porgli sott' occhio molti superbi e crudeli fatti dei nobili: tutto a ciò intento, per ogni maniera l' animo della plebe infiammava. Ma poichè famosa e potente fu in Roma di quel tempo la facondia di Memmio, mi parve bene trascrivere una fra le ben molte sue orazioni, quella massime che dopo il ritorno di Bestia pronunziò avanti al popolo in questi termini.

XXXIII. „ Molte cose da voi mi distol-
„ gono, o Romani, se non che tutto supera
„ l' amore della repubblica: una fazione po-
„ tente, la vostra pazienza, niuna giustizia, e
„ sopra tutto aver l'innocenza, più che onore,
„ pericolo. Imperocchè pur mi pesa avervi a
„ dire quanto in questi quindici anni siete stati

„ paucorum; quam foede, quamque inulti
„ perierint vestri defensores; ut vobis ani-
„ mus ab ignavia, atque socordia corru-
„ ptus sit; qui ne nunc quidem, obnoxiis
„ inimicis exsurgitis; atque etiam nunc ti-
„ metis eos, quibus vos decet terrori esse.
„ Sed quamquam haec talia sunt: ta-
„ men, obviam ire factionis potentiae ani-
„ mus subigit. Certe ego libertatem, quae
„ mihi a parente meo tradita est, expe-
„ riar: verum id frustra, an ob rem fa-
„ ciam, in vestra manu situm est, Quirites.

XXXIV. „ Neque ego vos hortor;
„ quod saepe majores vestri fecere, uti
„ contra injurias armati eatis. Nihil vi,
„ nihil secessione opus est: necesse est, suo-
„ met ipsi more praecipites eant. Occiso
„ Tib. Graccho, quem regnum parare aje-
„ bant, in plebem Romanam quaestiones
„ graves habitae sunt. Post C. Gracchi,
„ et M. Fulvii caedem, vestri item ordinis
„ multi mortales in carcere necati sunt:
„ utriusque cladis non lex, verum libido
„ eorum finem fecit. Sed sane fuerit regni

„ di ludibrio alla superbia di pochi; come soz-
„ zamente, come invendicati, i difensori vo-
„ stri perissero; quanto il vostro cuore da
„ ignavia sia guasto e da viltà; chè nep-
„ pure ora, soggetti i nemici, sorgete; ed
„ anco temete chi dovrebbe tremare di voi.
„ Ma sebbene ciò sia, pure mi spinge il
„ cuore ad affrontare la potenza della fa-
„ zione. Io certamente farò prova della li-
„ bertà lasciatami dal padre mio; se in-
„ darno o con frutto, sta in mano vostra,
„ o Romani.

XXXIV. „ Nè io già vi esorto, co-
„ me sovente fecero gli avi vostri, a ven-
„ dicare le ingiurie coll' armi. Non di vio-
„ lenza, non di segregarsi è mestieri: è
„ forza rovinarli colle arti loro. Ucciso Ti-
„ berio Gracco che dicevano procacciarsi
„ regno, crudi processi si fecero contro
„ la plebe romana. Dopo la strage di C.
„ Gracco e di M. Fulvio, molti parimen-
„ te dell' ordine vostro furono spenti in pri-
„ gione: all' una e all' altra strage non leg-
„ ge, ma il capriccio loro diè fine. Ma sia

„ paratio, plebi sua restituere. Quidquid
„ sine sanguine civium ulcisci nequitur,
„ jure factum sit. Superioribus annis ta-
„ citi indignabamini aerarium expilari: re-
„ ges, et populos liberos paucis nobilibus
„ vectigal pendere; penes eosdem et sum-
„ mam gloriam, et maxumas divitias es-
„ se: tamen haec talia facinora impune
„ suscepisse, parum habuere: itaque pos-
„ tremo leges, majestas vestra, divina,
„ et humana omnia hostibus tradita sunt.
„ Neque eos, qui ea fecere, pudet, aut
„ poenitet: sed incedunt per ora vestra
„ magnifici; sacerdotia, et consulatus,
„ pars triumphos suos ostentantes: perin-
„ de quasi ea honori, non praedae, ha-
„ beant. Servi aere parati injusta im-
„ peria dominorum non perferunt: vos,
„ Quirites, imperio nati, aequo animo
„ servitutem toleratis? At qui sunt hi,
„ qui rempublicam occupavere? homines
„ sceleratissumi, cruentis manibus, imma-
„ ni avaritia, nocentissumi, idemque su-
„ perbissumi; quibus fides, decus, pie-

„ pure stato un procacciarsi regno il resti-
„ tuire alla plebe il suo: tutto ciò che senza
„ sangue civile non può vendicarsi, sia pur fat-
„ to a ragione. Negli scorsi anni, taciti freme-
„ vate vedendo votarsi l'erario, re e popoli li-
„ beri pagare il tributo a pochi nobili; presso
„ loro essere gloria somma e smisurate ricchez-
„ ze: contuttociò lo avere impunemente com-
„ messi tanti delitti parve lor poco; per modo
„ che alla fine le leggi, la maestà vostra, le
„ divine ed umane cose tuttequante posero in
„ mano degl' inimici. Nè quei che ciò fecero,
„ se ne vergognano o se ne pentono; ma sotto
„ gli occhi vostri pomposamente passeggiano,
„ chi sacerdozj e consolati, chi trionfi osten-
„ tando, come se ciò avessero per premio non
„ per rapina. Gli schiavi compri a danaro non
„ soffrono gl'ingiusti comandi dei padroni; voi,
„ Romani, nati all'imperio, pazienti tollerate
„ il servaggio? Ma chi sono costoro che si son
„ fatti signori della repubblica? Uomini scelle-
„ ratissimi, colle mani insanguinate, d'insazia-
„ bile avarizia, dannosissimi e insiem superbis-
„ simi; uomini che fede vendono, onore, reli-

„ tas, postremo honesta, atque inhonesta „ omnia quaestui sunt. Pars eorum, occi- „ disse tribunos plebis, alii quaestiones in- „ justas, plerique caedem in vos fecisse, „ pro munimento habent. Ita, quam quis- „ que pessume fecit, tam maxume tutus „ est: metum a scelere suo ad ignaviam „ vestram transtulere: quos omnis, eadem „ cupere, eadem odisse, eadem metuere „ in unum coëgit. Sed haec inter bonos „ *amicitia*, inter malos *factio* est.

XXXV. „ Quod si tam vos libertatis „ curam haberetis, quam illi ad domina- „ tionem accensi sunt; profecto neque res- „ publica, sicuti nunc, vastaretur; et be- „ neficia vestra penes optumos, non auda- „ cissumos, forent. Majores vestri parandi „ juris, et majestatis constituendae gratia, bis „ per secessionem armati Aventinum occu- „ pavere: vos pro libertate, quam ab illis „ accepistis, non ne summa ope nitemini? „ atque eo vehementius, quo majus dedecus „ est, parta amittere, quam omnino non „ paravisse? Dicet aliquis: Quid igitur

„ gione, infine ogni onesta e disonesta co-
„ sa. Parte di loro si son fatti sostegno della
„ uccisione dei tribuni della plebe; altri de-
„ gl' ingiusti processi, i più della strage dei
„ vostri: così quanto ciascuno fu più iniquo,
„ tanto è più sicuro: il timore che per la lo-
„ ro scelleratezza aver dovrebbero, trasfe-
„ rirono nell'animo vostro codardo; poichè
„ il bramare, l'odiare, il temere le cose
„ stesse, tutti gli collegò. Ma questa fra i
„ buoni è *amicizia*, fra i tristi *fazione*.

XXXV. „ Chè se voi tanto aveste a
„ cuore la libertà, quanto essi ardenti a-
„ nelano alla tirannia; certamente non sa-
„ rebbe la repubblica, come ora, devasta-
„ ta, e i vostri beneficj sarebbono degli
„ ottimi, non degli audacissimi. Gli avi vo-
„ stri per acquistarsi diritti e maestà, due
„ volte ritirandosi armati, occuparono l' A-
„ ventino; voi per la libertà ricevuta da
„ loro non farete ogni sforzo? e tanto più
„ che infamia maggiore è il perdere ciò
„ che possiedi, che il non averlo acquista-
„ to mai. Dirà taluno: che dunque ne

„ censes? vindicandum in eos, qui hosti pro-
„ didere rempublicam non manu, neque vi;
„ quod magis, vos fecisse, quam illis acci-
„ disse, indignum est; verum quaestioni-
„ bus, et indicio ipsius Jugurthae. Qui si
„ dediticius est; profecto jussis vestris obe-
„ diens erit: sin ea contemnit, scilicet
„ aestumabitis, qualis illa pax, aut deditio
„ sit, ex qua ad Jugurtham scelerum in-
„ punitas, ad paucos potentis maxumae
„ divitiae, in rempublicam damna, atque
„ dedecora pervenerint. Nisi forte nondum
„ etiam vos dominationis eorum satietas te-
„ net: et illa, quam haec tempora, magis
„ placent, cum regna, provinciae, leges,
„ jura, judicia, bella, atque paces; postre-
„ mo divina, et humana omnia penes pau-
„ cos erant: vos autem, hoc est, P. R., in-
„ victi ab hostibus, imperatores omnium
„ gentium, satis habebatis animam retine-
„ re. Nam servitutem quidem quis vestrum
„ recusare audebat? Atque ego tametsi viro
„ flagitiosissimum existumo inpune injuriam
„ accepisse; tamen, vos hominibus scelera-

„ pensi? Doversi punire chi tradì la repub-
„ blica col nemico, non a mano armata o a
„ viva forza, il che più disdirebbe a voi aver
„ fatto, che a quelli patito; ma coi processi
„ e colla confessione dello stesso Giugurta,
„ il quale se si è arreso, ubbidirà cêrtamente
„ agli ordini vostri; se li disprezza, allora
„ comprenderete qual pace o qual resa sia que-
„ sta, dalla quale è proceduta a Giugurta l'im-
„ punità dei delitti, a pochi potenti immense
„ ricchezze, alla repubblica danni e vitupe-
„ rio. Seppure per avventura della signoria
„ loro ancora sazj non siete, e più di questi
„ que' tempi non vi piacciono in cui regni,
„ provincie, leggi, diritti, giudizj, guerre,
„ paci, infine le divine ed umane cose tutte-
„ quante erano nell' arbitrio di pochi; e voi,
„ vale a dire il Popolo Romano, voi, invitti
„ cogl' inimici, ~~voi~~ dominatori di tutte le gen-
„ ti, ben paghi eravate di campare la vita.
„ Poichè il servaggio e chi di voi ardiva mai
„ ricusarlo? Ed io ancorchè infame sopra tut-
„ t'altri reputi l'uomo che senza vendetta sof-
„ fre un oltraggio; tuttavia, che voi ad uomini

„ tissumis ignoscere, quoniam cives sunt,
„ aequo animo paterer, nisi misericordia
„ in perniciem casura esset.

XXXVI. „ Nam et illis, quantum in-
„ portunitatis habent, parum est inpune
„ male fecisse, nisi deinde faciundi licen-
„ tia eripitur · et vobis aeterna solicitudo
„ remanebit, cum intellegetis aut servien-
„ dum esse, aut per manus libertatem re-
„ tinendam. Nam fidei quidem, aut con-
„ cordiae quae spes est? Dominari illi
„ volunt, vos liberi esse: facere illi inju-
„ rias, vos prohibere: postremo sociis ves-
„ tris veluti hostibus, hostibus pro sociis
„ utuntur. Potestne in tam divorsis men-
„ tibus pax, aut amicitia esse? Quare mo-
„ neo, hortorque vos, ne tantum scelus
„ inpunitum dimittatis. Non peculatus
„ aerarii factus est; neque per vim sociis
„ ereptae pecuniae, quae quamquam gra-
„ via sunt, tamen consuetudine jam pro
„ nihilo habentur. Hosti acerrumo prodita
„ senati auctoritas, proditum imperium ves-
„ trum: domi, militiaeque respublica ve-

„ scelleratissimi perdonaste, perchè son citta-
„ dini, di buon animo il soffrirei, se la miseri-
„ cordia non fosse per tornarvi a danno.

XXXVI. „ Imperocchè ad essi (tanto
„ sono insolenti) è poco lo avere impunemen-
„ te fatto il male, se il potere non tolgasi lo-
„ ro di farlo in avvenire; e in voi resterà un
„ affanno eterno, quando comprenderete o
„ dover servire, o con le mani vostre con-
„ servare la libertà. Chè veramente di fede
„ o di concordia quale speranza? dominar
„ vogliono costoro, voi esser liberi: eglino
„ farvi ingiurie, voi impedirle: infine i vostri
„ alleati tengono per inimici, i nemici per
„ alleati. Può mai fra menti così diverse es-
„ ser pace o amicizia? Laonde vi avverto e
„ vi esorto a non lasciare impunita cotanta
„ scelleratezza. Non fu rubato l'erario, non
„ tolto con violenza danaro ai confederati,
„ le quali cose comechè gravi, per l'assue-
„ fazione punto ormai non si stimano. Ad
„ un acerrimo inimico si è venduta l'auto-
„ rità del senato, si è venduto l'imperio
„ vostro; in Roma ed in campo fu in ven-

„ nalis fuit. Quae nisi quaesita erunt, „ nisi vindicatum in noxios, quid erit „ reliquum, nisi ut illis, qui ea fecere, „ obedientes vivamus? Nam inpune quae„ libet facere, id est, *regem esse*. Ne„ que ego vos, Quirites, hortor, ut ma„ litis civis vestros perperam, quam re„ cte, fecisse; sed ne, ignoscendo ma„ lis, bonos perditum eatis. Ad hoc, in „ republica multo praestat, beneficii, „ quam maleficii, inmemorem esse. Bo„ nus tantummodo segnior fit, ubi ne„ glegas: at malus inprobior. Ad hoc, „ si injuriae non sint, haud saepe auxilii „ egeas.

XXXVII. Haec, atque alia hujuscemodi saepe dicendo, C. Memmius populo Romano persuadet, uti L. Cassius, qui tum praetor erat, ad Jugurtham mitteretur, eumque, interposita fide publica, Romam duceret, quo facilius indicio regis, Scauri, et reliquorum, quos pecuniae captae arcessebant, delicta patefierent. Dum haec Romae geruntur, qui in Numi-

„ dita la repubblica. Le quali cose se non sa-
„ ranno inquisite, se i rei non puniti, e che al-
„ tro può restarci fuorchè vivere ubbidienti a
„ chi le fece? Giacchè fare impunemente tut-
„ to quello che piace, vuol dire *esser re*. Nè
„ io vi esorto, Romani, ad essere contenti che
„ i vostri cittadini abbiano male oprato piut-
„ tosto che bene; ma bensì a non mandare in
„ perdizione i buoni, perdonando ai malvagi.
„ Aggiungi che in una repubblica è molto me-
„ glio lasciare dimenticato il bene che il male.
„ Il buono, se lo trascuri, diviene solo più pi-
„ gro; il malvagio, più perverso. Oltracciò
„ se non accadessero prepotenze, rado avre-
„ sti mestier di soccorso.

XXXVII. Queste ed altre somiglianti cose spesso dicendo, C. Memmio persuade al popolo romano che L. Cassio allora pretore si mandi a Giugurta, perchè sotto la pubblica fede lo meni a Roma, onde più facilmente colla confessione del re si manifestino i delitti di Scauro e degli altri accusati di mal tolto danaro. Mentre ciò trattasi in Roma, coloro che Bestia aveva lasciati in Numidia

dia relicti a Bestia exercitui praeërant, secuti morem imperatoris sui, plurima, et flagitiosissuma facinora fecere. Fuere, qui auro corrupti, elephantos Jugurthae traderent; alii perfugas venderent, pars ex pactis praedas agebant. Tanta vis avaritiae in animos eorum, veluti tabes, invaserat. At Cassius praetor, perlata rogatione a C. Memmio, ac perculsa omni nobilitate, ad Jugurtham proficiscitur: eique timido, et ex conscientia diffidenti rebus suis, persuadet, *quoniam se populo Romano dedidisset, ne vim, quam misericordiam ejus, experiri malit*. Privatim praeterea fidem suam interponit, quam ille non minoris, quam publicam ducebat. Talis ea tempestate fama de Cassio erat.

XXXVIII. Igitur Jugurtha, contra decus regium, cultu quam maxume miserabili, cum Cassio Romam venit. Ac tametsi in ipso magna vis animi erat; confirmatus ab omnibus, quorum potentia aut scelere cuncta ea gesserat, quae supra diximus, C. Baebium tribunum plebis magna

al comando dell' esercito, il costume imitando del capitano, moltissime commisero e le più infami scelleratezze. V' ebbe chi corrotto dall' oro restituì gli elefanti a Giugurta, chi vendè i disertori, chi depredò i popoli pacificati. Cotanto forte avarizia avea, come una pestilenza, infettati gli animi loro. Ma Cassio pretore, ottenutosi da C. Memmio il decreto del popolo, e sbattuta in tal guisa la nobiltà tutta quanta, sen va a Giugurta, e lui tremante e per lo rimorso delle cose sue diffidente persuade, *giacchè reso si era al popolo romano, a non ne volere sperimentare la forza piuttosto che la misericordia*. V' interpone di più la privata sua fede, apprezzata da Giugurta non men della pubblica: tale era in quel tempo la riputazione di Cassio.

XXXVIII. Giugurta dunque, contro il regale decoro venne con Cassio a Roma, miserabilissimo in arnese. E sebbene, da coloro rassicurato per la cui potenza e malvagità avea fatto quanto sopra dicemmo, avesse fermo animo; pure compra a gran prezzo C. Bebio, tribuno della plebe, ond' es-

mercede parat, cujus inpudentia contra jus, et injurias omnis munitus foret. At C. Memmius advocata concione; quamquam regi infesta plebes erat, et pars in vincula duci jubebat, pars, ni socios sceleris sui aperiret, more majorum de hoste supplicium sumi; dignitati quam irae magis consulens, sedare motus, et animos eorum mollire; postremo confirmare, fidem publicam per sese inviolatam fore. Post, ubi silentium coepit, producto Jugurtha, verba facit: *Romae, Numidiaeque facinora ejus* memorat; *scelera in patrem, fratresque* ostendit: *quibus juvantibus, quibusque ministris ea egerit, quamquam intelligat populus Romanus, tamen velle manifesta magis ex illo habere: si vera aperiret, in fide, et clementia populi Romani magnam spem illi sitam: sin reticeat, non sociis saluti fore, sed se suasque spes corrupturum.* Dein, ubi Memmius dicendi finem fecit, et Jugurtha respondere jussus est, C. Baebius tribunus plebis, quem pecunia corruptum supra di-

sere dalla sua impudenza difeso a dritto o a torto. Ma C. Memmio, adunato il popolo a parlamento, quantunque fosse la plebe infuriata contro il re, ed alcuni comandassero che venisse menato prigione, altri che, se non discoprisse i complici del delitto, dovesse, come nemico, mettersi a morte secondo l' uso de' maggiori; più alla dignità mirando che all' ira, sedava i moti, gli animi ammansava; protestava infine che la pubblica fede, per quanto era in sè, resterebbe inviolata. Quindi allorchè il silenzio incominciò, fatto comparire Giugurta, egli si fa a parlare: Ricorda *i delitti di lui in Roma e in Numidia*, ne mostra *le scelleraggini contro il padre e i fratelli*: *sebbene il popolo romano sappia chi l' ha in far ciò favoreggiato o servito, pure vuol saperlo più palesemente dalla sua bocca*: *se scoprisse la verità, aver molto che sperare nella fede e clemenza del popolo romano; se l' ascondesse, non salverebbe i complici, sè perderebbe e le sue speranze*. Finito ch' ebbe poi Memmio di parlare ed a Giugurta imposto di rispondere, C. Bebio tribuno della plebe corrotto, come so-

ximus, regem tacere jubet: ac, tametsi multitudo, quae in concione aderat, vehementer accensa, terrebat eum clamore, vultu, saepe inpetu, atque aliis omnibus, quae ira fieri amat; vicit tamen inpudentia. Ita populus, ludibrio habitus, ex concione discedit: Jugurthae Bestiaeque, et caeteris, quos illa quaestio exagitabat, animi augescunt.

XXXIX. Ea erat tempestate Romae Numida quidam, nomine Massiva, Gulussae filius, Masinissae nepos: qui, quia in dissensione regum, Jugurthae advorsus fuerat, dedita Cirta, et Atherbale interfecto, profugus ex Africa abierat. Huic Sp. Albinus, qui proxumo anno post Bestiam cum Q. Minucio Rufo consulatum gerebat, persuadet, quoniam ex stirpe Masinissae sit, Jugurtham ob scelera invidia cum metu urgeat, regnum Numidiae ab senatu petat. Avidus consul belli gerundi, moveri, quam senescere, omnia malebat. Ipsi provincia Numidia, Minucio Macedonia evenerat. Quae postquam Massiva

pra dicemmo, dal danaro, comanda al re che si taccia; e benchè la moltitudine presente al parlamento grandemente infiammata lo spaventasse colle grida, coll' aspetto, spesso coll' impeto e con tutti que' modi ai quali sprona la collera, con tutto ciò l'impudenza la vinse. Così il popolo beffato partissi dall' adunanza. A Giugurta, a Bestia, e agli altri perturbati da questa inquisizione va crescendo l'ardire.

XXXIX. Era di quel tempo in Roma un Numida per nome Massiva, figlio di Gulussa, nipote di Masinissa; il quale per essere nelle discordie dei re stato contrario a Giugurta, resa Cirta ed ucciso Aderbale, ito se n' era profugo d' Africa. Spurio Albino che con Q. Minucio Rufo succedeva a Bestia l'anno appresso nel consolato, persuade a costui che, essendo Giugurta per le sue scelleratezze grandemente odiato e temuto, chiegga, come della stirpe di Masinissa, al senato il regno di Numidia. Desideroso il console di far guerra, bramava in tutte le cose movimento più che languore. A lui la provincia di Numidia, a Minucio era la Macedonia toccata in sorte. Poichè Massiva

agitare coepit: neque Jugurthae in amicis satis praesidii est; quod eorum alium conscientia, alium mala fama, et timor inpediebat: Bomilcari proxumo, ac maxume fido sibi, imperat, *pretio, sicuti multa confecerat, insidiatores Massivae paret, ac maxume occulte: sin id parum procedat, quovis modo Numidam interficiat*. Bomilcar mature regis mandata exsequitur: et per homines talis negotii artifices, itinera, egressusque ejus, postremo loca, atque tempora cuncta explorat: deinde, ubi res postulabat, insidias tendit. Igitur unus ex eo numero, qui ad caedem parati erant, paullo inconsultius Massivam adgreditur, illum obtruncat: sed ipse deprehensus, multis hortantibus, et in primis Albino consule, indicium profitetur. Fit reus magis ex aequo bonoque, quam ex jure gentium Bomilcar, comes ejus, qui Romam fide publica venerat. At Jugurtha, manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra verum niti, quam animum advortit, supra gratiam, atque pe-

cominciò a trattar queste cose, Giugurta non avendo negli amici appoggio bastante per essere chi dal rimorso, chi dal discredito e dal timor rattenuto, comanda a Bomilcare suo intrinseco e sopra ogni altro fedele, *che compri, come avea fatto in altre occasioni, insidiatori a Massiva, e col massimo segreto; e se ciò non gli riesce, lo uccida in qualunque modo*. Bomilcare eseguisce speditamente gli ordini del re; e per mezzo d' uomini di tal mestiere spia ove vada, dond'esca, in somma ogni luogo, ogni tempo: quindi ov' era d' uopo, tende le insidie. Uno adunque de' pronti all' uccisione con poca avvedutezza assale Massiva e lo trucida; ma colto sul fatto e confortato da molti, e principalmente dal console Albino, prende l'impunità e confessa. E' Bomilcare costituito reo per equità naturale più che secondo il diritto delle genti, siccome compagno di colui ch'era venuto a Roma con franchigia. Ma Giugurta, reo manifesto di cotanta scelleratezza, non prima cessò di ostinarsi contro il vero, che si avvide l'odiosità del fatto sorpassare e il suo da-

cuniam suam, invidiam facti esse. Igitur quamquam in priore actione ex amicis quinquaginta vades dederat, regno magis, quam vadibus consulens, clam in Numidiam Bomilcarem dimittit, veritus, ne reliquos popularis metus invaderet parendi sibi, si de illo supplicium sumtum foret. Et ipse paucis diebus profectus est, jussus a senatu *Italia decedere*. Sed postquam Roma egressus est, fertur, saepe eo tacitus respiciens, postremo dixisse: *Urbem venalem, et mature perituram, si emtorem invenerit*.

XL. Interim Albinus, renovato bello, commeatum, stipendium, aliaque, quae militibus usui forent, maturat in Africam portare; ac statim ipse profectus, uti ante comitia, quod tempus haud longe aberat, armis, aut deditione, aut quovis modo bellum conficeret. At contra, Jugurtha trahere omnia, et alias, deinde alias morae caussas facere: polliceri deditionem, ac deinde metum simulare: instanti cedere, et paullo post, ne sui diffiderent, instare: ita belli modo, modo pacis mora consulem

naro e le sue aderenze. Pertanto, sebbene nella prima accusa avea dato cinquanta suoi amici per mallevadori, più del regno che di essi curandosi, rimanda di nascosto Bomilcare in Numidia, temendo, s' ei fosse stato punito di morte, non la paura gli altri suoi nazionali rimovesse dall' ubbidirgli. Andovvi egli stesso pochi giorni dopo, avendogli ingiunto il senato che *partisse d' Italia*. Uscito di Roma, narrasi che sovente tacito riguardandola, alfin dicesse: *città venale e da perir presto, se troverà compratore*.

XL. Frattanto Albino, rinnovata la guerra, affrettasi a trasportare in Africa vettovaglia, soldo ed altre cose bisognevoli alla milizia, e tosto parte egli stesso per terminare o coll'armi o colla resa, o in qualunque altro modo, la guerra, prima del tempo dei comizj che non era guari lontano. Al contrario Giugurta portava in lungo tutte le cose, ora una faceva nascere, ora un' altra cagione d'indugio; prometteva d'arrendersi, poi fingeva timore; incalzato, cedeva: poco stante, onde i suoi non si avvilissero, incalzava. Così, ora differendo la guerra, ora la pace, scher-

ludificare. Ac fuere, qui tum Albinum haud ignarum consilii regis existumarent; neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum secordia magis, quam dolo crederent.

XLI. Sed postquam, dilapso tempore, comitiorum dies adventabat; Albinus, Aulo fratre in castris propraetore relicto, Romam decessit. Ea tempestate Romae seditionibus tribuniciis atrociter respublica agitabatur. P. Lucullus, et L. Annius, tribuni plebis, resistentibus conlegis, continuare magistratum nitebantur: quae dissensio totius anni comitia impediebat. Ea mora in spem adductus Aulus, quem propraetore in castris relictum supra diximus, aut conficiundi belli, aut terrore exercitus ab rege pecuniae capiundae, milites mense Januario ex hibernis in expeditionem evocat; magnisque itineribus hieme aspera pervenit ad oppidum Suthul, ubi regis thesauri erant. Quod quamquam, et saevitia temporis, et obportunitate loci, neque capi, neque obsideri poterat:

niva il console. E fuvvi allora chi giudicò Albino non ignaro del disegno del re: dopo tanta fretta non doversi credere sì agevolmente prolungata la guerra per infingardaggine, anzichè per malizia.

XLI. Ma poichè essendo passato tempo appropinquavasi il dì dei comizj, Albino, lasciato vicepretore in campo Aulo suo fratello, partì per Roma. Era quivi di quel tempo da tribunizie sedizioni la repubblica atrocemente agitata. P. Lucullo e L. Annio, tribuni della plebe, resistendo i colleghi, sforzavansi di continuare nel magistrato, la qual discordia impediva i comizj di tutto l'anno. Aulo ch'era rimasto, come sopra dicemmo, in campo vicepretore, in quel frattempo entrato in isperanza o di terminare la guerra o di cavare col terrore dell'esercito danaro dal re, richiama nel gennajo i soldati dai quartieri d'inverno per far mossa, e a gran giornate in aspro verno giunge a Sutul, ov'erano i tesori del re. La qual città, con tutto che per lo rigore del tempo e per la difficoltà del sito nè prendere si potesse, nè assediare,

nam circum murum, situm in praerupti montis extremo, planicies limosa hiemalibus aquis paludem fecerat: tamen, aut simulandi gratia, quo regi formidinem adderet; aut cupidine caecus, ob thesauros oppidi potiundi, vineas agere, aggerem jacere; aliaque, quae incepto usui forent, properare.

XLII. At Jugurtha, cognita vanitate atque inperitia legati, subdolus ejus augere amentiam: missitare supplicantis legatos, ipse, quasi vitabundus, per saltuosa loca, et tramites exercitum ductare. Denique Aulum spe pactionis perpulit, uti, relicto Suthule, in abditas regiones sese, velut cedentem, insequeretur: ita delicta occultiora fore. Interea per homines callidos die noctuque exercitum tentabat: centuriones, ducesque turmarum partim, uti transfugerent, corrumpere; alii, signo dato, locum uti desererent. Quae postquam ex sententia instruxit; intempesta nocte de inproviso, multitudine Numidarum Auli castra cir-

poichè intorno alla muraglia posta nella sommità di ripido monte, una limacciosa pianura avea per le pioggie formato palude, pure o fosse per finta, acciocchè più il re s' intimorisse, o accecato dalla cupidigia d' impossessarsi della città a cagion dei tesori, appressava gallerie, alzava terrapieni, quanto all' impresa era utile, sollecitava.

XLII. Ma Giugurta, conosciuta la leggerezza e l'imperizia del luogotenente, con arte la follia fomentavane; andava mandando supplici ambasciatori, ed ei, quasi fuggiasco, conduceva l'esercito per boscaglie e traverse. Alla fine indusse Aulo, sotto speranza di venire a patti, ad inseguirlo, abbandonata Sutul, per luoghi ascosi, ove farebbe mostra di ritirarsi; giacchè in tal guisa più occulti resterebbero i loro maneggi. Frattanto per mezzo di uomini astuti dì e notte tentava l'esercito; corrompeva i centurioni e i capitani delle torme, alcuni perchè passassero alla sua parte, altri perchè ad un dato segno abbandonassero il posto. Le quali cose ordinate a suo talento, a notte inoltrata all' improvviso con

cumvenit. Milites Romani, perculsi tumultu insolito, arma capere alii; alii se abdere; pars territos confirmare; trepidare omnibus locis; vis magna hostium: coelum nocte, atque nubibus obscuratum: periculum anceps: postremo, fugere, an manere, tutius foret, in incerto erat. Sed ex eo numero, quos paullo ante corruptos diximus, cohors una Ligurum, cum duabus turmis Thracum, et paucis gregariis militibus, transiere ad regem: et centurio primi pili tertiae legionis per munitionem, quam, uti defenderet, acceperat, locum hostibus introeundi dedit: eaque Numidae cuncti irrupere. Nostri foeda fuga, plerique abjectis armis, proximum collem occupavere. Nox, atque praeda castrorum, hostes, quo minus victoria uterentur, remorata sunt. Deinde Jugurtha postero die cum Aulo in conloquio verba facit: *Tametsi ipsum cum exercitu fame, ferroque clausum tenet; tamen se humanarum rerum memorem; si secum foedus faceret, incolumes omnis sub jugum missurum: prae-*

gran numero di Numidi attornia gli accampamenti di Aulo. Ed eccoti i soldati romani sbalorditi dall'insolito tumulto, altri dar di mano all'armi, altri nascondersi, altri far cuore agli sbigottiti: palpiti ovunque: un inimico potentissimo: cielo nero e per notte e per nubi: pericoli da ogni lato: dubbio infine, se fosse più sicuro il fuggire o il rimanere. Or di coloro che dianzi dicemmo essere stati corrotti, una coorte di Liguri con due torme di Traci e pochi soldati semplici passarono alla parte del re, e il centurione primipilo della terza legione aprì il passo ai nemici per quella trincea che aveva in guardia, per la quale sboccarono tutti i Numidi. I nostri con sozza fuga, e per la più parte gittate le armi, occuparono un colle vicino. La notte e la preda dell' accampamento rattennero gl' inimici dal profittare della vittoria. Quindi Giugurta abboccatosi il giorno dopo con Aulo gli dice: *che sebbene lui e l' esercito tenga stretto colla fame e coll' armi, pure, memore degli umani accidenti, se a patti seco venisse, ei tutti senza offesa li farebbe*

tercа, *uti diebus decem Numidia decederet*. Quae quamquam gravia, et flagitii plena erant; tamen, quia mortis metu mutabantur, sicuti regi lubuerat, pax convenit.

XLIII. Sed ubi ea Romae comperta sunt, metus, atque moeror civitatem invasere: pars dolere pro gloria imperii: pars insolita rerum bellicarum, timere libertati. Aulo omnes infesti, ac maxume qui bello saepe praeclari fuerant; quod armatus dedecore potius, quam manu, salutem quaesierit. Ob ea consul Albinus, ex delicto fratris invidiam, ac deinde periculum timens, senatum de foedere consulebat: et tamen interim exercitui supplementum scribere: ab sociis et nomine Latino auxilia arcessere; denique omnibus modis festinare. Senatus ita, uti par fuerat, decernit, *suo atque populi injussu nullum potuisse foedus fieri*. Consul inpeditus a tribunis plebis, ne, quas paraverat copias, secum portaret, paucis diebus in

passar sotto il giogo: inoltre che fra dieci giorni partir dovesse dalla Numidia. Le quali cose sebbene dure fossero e ripiene d'ignominia, nondimeno poichè scambiavansi colla morte temuta, come al re piacque, si conchiude la pace.

XLIII. Ma poichè ciò riseppesi in Roma, da timore e tristezza fu la città soprappresa: chi doleasi per la gloria dell' imperio, chi, non uso alle vicende delle battaglie, paventava per la libertà: tutti, e specialmente i più chiari in guerra, erano irritati contro Aulo, che avendo l'armi in mano con infamia piuttosto che colla spada avesse cercato uno scampo. Per lo che il console Albino, temendo a sè, pel delitto del fratello, odio, e quindi pericolo, intorno a questo accordo consultáva il senato, e non cessava in questo mezzo di arrolare per l'esercito nuove reclute, di far venire truppe ausiliarie dai confederati e dai Latini, di affrettarsi infine in ogni maniera. Il Senato così, come convenia, decreta: *senza l'ordine suo e del popolo non essersi potuto far niuno accordo*. Il console, impedito dai tribuni della plebe

rocchè prima della distruzione di Cartagine il popolo e il senato romano placidi fra loro e modesti governavano la repubblica; nè contrasto di onoranze o di comando era fra i cittadini: la tema degl' inimici manteneva nel ben oprare la città. Ma sgombrata dalle menti quella paura, superbia e lascivia, cose amiche appunto della prosperità, vi s' introdussero. E così quell' ozio, che avevano nell' avversa fortuna desiderato, ottenuto che l' ebbero, riuscì più molesto e più acerbo: giacchè cominciarono a convertire in capriccio i nobili la dignità, il popolo la libertà: ognuno per sè ad usurpare, strappare, rapire. Fu in tal modo tutto in due parti distratto, la repubblica ch' era di mezzo, dilacerata. Per altro la nobiltà era più potente di fazione; la forza della plebe sciolta e divisa nella moltitudine poteva meno. Ad arbitrio di pochi in guerra e in pace operavasi: presso gli stessi erano tesoro, provincie, magistrati, onori, trionfi: il popolo, travagliato dalla milizia e dalla miseria. Le prede delle guerre rapivansi dai comandanti e da pochi altri. Frattanto i padri o

tes, aut parvi liberi militum, uti quisque potentiori confinis erat, sedibus pellebantur. Ita cum potentia, avaritia sine modo, modestiaque invadere, polluere, et vastare omnia; nihil pensi, neque sancti habere, quoad semet ipsa praecipitavit. Nam ubi primum ex nobilitate reperti sunt, qui veram gloriam injustae potentiae anteponerent; moveri civitas, et dissensio civilis, quasi permixtio terrae, oriri coepit.

XLVI. Nam postquam Tiberius, et C. Gracchus, quorum majores Punico, atque aliis bellis multum reipublicae addiderant, vindicare plebem in libertatem, et paucorum scelera patefacere coepere: nobilitas noxia, atque eo perculsa, modo per socios, ac nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos spes societatis a plebe dimoverat, Gracchorum actionibus obviam ierat: et primo Tiberium, dein paucos post annos eadem ingredientem Cajum, tribunum alterum, alterum triumvirum coloniis deducendis, cum

i figlioletti dei soldati, secondo ciascuno confinava con un più potente, erano cacciati dal loro casolare. Così l'avarizia smodata, congiunta al potere, signoreggiò sfacciatamente, violò, guastò tutto, e niuno ritegno ebbe, niuna religione, finchè sè medesima precipitò. Di fatti come prima trovossi fra i nobili chi la gloria vera antepose all' ingiusta potenza, cominciò la città a mettersi in commozione, ed a nascere, quasi scompiglio del mondo, la discordia civile.

XLVI. Imperciocchè dopo che Tiberio e C.Gracco,i cui maggiori aveano nella guerra punica e in altre di molto ingrandita la repubblica,presero a rivendicare la libertà della plebe ed a manifestare le scelleratezze de' pochi, la nobiltà colpevole e quindi atterrita, ora per mezzo de' confederati e de' *latini*, talvolta per mezzo di cavalieri romani staccatisi dalla plebe per isperanza di associarsi a quella, avea fatto fronte alle imprese dei Gracchi, e prima col ferro morto Tiberio, e pochi anni dopo Cajo che le cose medesime intraprendeva, tribuno il primo, l'altro triunviro deputato a condur le

M. Fulvio Flacco ferro necaverat. Et sane Gracchis, cupidine victoriae, haud satis moderatus animus fuit. Sed bono vinci satius est, quam malo more injuriam vincere. Igitur ea victoria nobilitas ex lubidine sua usa, multos mortalis ferro aut fuga exstinxit; plusque in reliquum sibi timoris, quam potentiae, addidit. Quae res plerumque magnas civitates pessum dedit: dum alteri alteros vincere quovis modo; et victos acerbius ulcisci volunt. Sed de studiis partium, et omnibus civitatis moribus si singillatim, aut pro magnitudine parem disserere; tempus, quam res, maturius deseret. Quamobrem ad incoeptum redeo.

XLVII. Post Auli foedus, exercitusque nostri foedam fugam, Metellus, et Silanus consules designati, provincias inter se partiverant: Metelloque Numidia evenerat, acri viro, et quamquam adverso populi partibus, fama tamen aequabili, et inviolata. Is ubi primum magistratum ingressus est; alia omnia sibi cum

colonie, e con loro M. Fulvio Flacco. E certamente i Graechi per cupidità di vittoria non ebbero animo moderato abbastanza. Ma il buono ama meglio esser vinto che per mezzi indegni vincere chi l'ingiuria. Pertanto la nobiltà, di quella vittoria usando a capriccio suo, molti uccise o bandì, e crebbe per l'avvenire più di timore che di potenza; la qual cosa il più delle volte mandò in rovina grandi città, mentre una parte vuol vincer l'altra ad ogni costo, e prender del vinto vendetta acerbissima. Ma se delle passioni dei partiti e di tutti i costumi della città ragionare io volessi a parte a parte, e secondo la grandezza del soggetto, prima il tempo mi mancherebbe che la materia. Laonde torno al mio assunto.

XLVII. Dopo l'accordo di Aulo, e la fuga ignominiosa del nostro esercito, Metello e Silano, consoli designati, eransi fra loro divise le provincie; e la Numidia era toccata a Metello, uom prode, e sebbene avverso alla parte del popolo, pure di fama eguale presso tutti, ed incorrotta. Appena egli entrò in magistrato, considerando che ogni altra cosa gli

tenuta senza disciplina e senza freno. E così nel nuovo comandante affanno produceano i corrotti costumi più che ajuto o buona speranza la moltitudine dei soldati. Per lo che Metello, sebbene si fosse diminuito il tempo dei quartieri d'estate per la dilazion de' comizj, e giudicasse gli animi dei cittadini ansiosi nell' aspettazione dell' evento, contuttociò deliberò non imprender la guerra prima di aver costretti i soldati alla fatica secondo la disciplina degli antichi. Imperciocchè Albino, atterrito dalla sconfitta del fratello Aulo e dell' esercito, avendo stabilito non uscire dalla provincia in tutta quella state in cui ebbe il comando, tenea per lo più i soldati negli stessi alloggiamenti, eccetto quando il fetore o la penuria di vettovaglie lo costrigneva a mutar luogo. Ma neppure distribuivansi le sentinelle secondo l' uso militare; anzi ciascuno, come più gli piaceva, allontanavasi dalle bandiere. I servi, vagando giorno e notte confusi coi soldati, davano il guasto alle campagne, espugnavano le terre, a gara seco recavano bottino di bestiame e di schiavi che co' mercadanti cambiavano in vino

mentum publice datum vendere, panem in dies mercari: postremo, quaecumque dici, aut fingi queunt ignaviae, luxuriaeque probra, in illo exercitu cuncta fuere, et alia amplius.

XLIX. Sed in ea difficultate Metellum non minus, quam in rebus hostilibus, magnum, et sapientem virum fuisse comperior: tanta temperantia inter ambitionem, saevitiamque moderatum. Namque edicto primum adjumenta ignaviae sustulisse, *ne quisquam in castris panem, aut quem alium coctum cibum venderet; ne lixae exercitum sequerentur; ne miles gregarius in castris, neve in agmine servum, aut jumentum haberet*; ceteris arte modum statuisse: praeterea transvorsis itineribus quotidie castra movere; juxta ac si hostes adessent, vallo, atque fossa munire: vigilias crebras ponere, et eas ipse cum legatis circuire: item in agmine in primis modo, modo in postremis, saepe in medio adesse, ne quisquam ordine

forestiero, e in altre cose siffatte: inoltre vendevano il grano dato loro dal pubblico, e il pane comperavano giorno per giorno; in somma tutte quelle infamie di poltroneria e di libidine, che dir si possono o immaginare, in quell' esercito furono tutte quante, e anche di più.

XLIX. Ma in queste difficoltà non meno che nelle imprese contro il nemico rilevo essere stato Metello uomo grande e sapiente: con tanta moderazione si mantenne fra la dolcezza e il rigore. Conciossiachè trovo aver prima di ogni altra cosa tolti via i sostegni della pigrizia con un editto, *che nessuno vendesse nel campo nè pane, nè altro cibo cotto: che i servi non seguissero l' esercito: che un soldato semplice non potesse avere nè in campo, nè in cammino servo o giumento*: agli altri aver con arte posto modo. Oltredichè prese a far muovere il campo ogni giorno per vie di traverso, a farlo munire di vallo e fossa come se il nemico fosse vicino; porre spesse le sentinelle, ed egli stesso co' suoi luogotenenti andare attorno, e nel marchiare ora trovarsi nelle prime file, ora nell'ultime, spesso in quelle di mezzo, acciocchè

egrederetur; ut, cum signis frequentes incederent, miles cibum, et arma portaret. Ita prohibendo a delictis magis, quam vindicando, exercitum brevi confirmavit.

L. Interea Jugurtha, ubi, quae Metellus agebat, ex nunciis accepit; simul de innocentia ejus certior Romae factus, diffidere suis rebus, ac tum demum veram deditionem facere conatus est. Igitur, legatos ad consulem cum suppliciis mittit, qui tantummodo ipsi, liberisque vitam peterent, alia omnia dederent populo Romano. Sed Metello jam antea experimentis cognitum erat, genus Numidarum, infidum, ingenio mobili, novarum rerum avidum esse. Itaque legatos alium ab alio diversos aggreditur; ac paullatim tentando, postquam obportunos sibi cognovit; multa pollicendo persuadet, *uti Jugurtham maxume vivum, sin id parum procedat, necatum, sibi traderent*: ceterum palam, quae ex voluntate forent, regi nunciari jubet. Deinde ipse paucis diebus,

niuno uscisse dall' ordine, in buon numero stessero vicini alle bandiere, e il soldato portasse e la provvisione e le armi. Così col prevenirsi delitti piuttosto che col punirli, l'esercito in breve ristabilì.

L. Intanto Giugurta, inteso ch' ebbe dai relatori giocchè faceva Metello, ed insieme avendo in Roma saputa di certo la integrità di lui, cominciò a diffidare delle cose sue, e allora infine tentò di arrendersi veracemente. Manda adunque ambasciatori al console supplichevoli in atto, perchè chiedessero soltanto la vita per lui e pe' suoi figliuoli, e ogni altra cosa lasciassero in balìa del popolo romano. Ma dalle passate esperienze era noto a Metello essere la nazione de' Numidi infedele, di vario ingegno, cupida di cose nuove. Pertanto assale gli ambasciatori separatamente, e tentandoli a poco a poco, poichè li conobbe acconci ai suoi disegni, con molte promesse li persuade *a dargli in mano Giugurta vivo, se si può, se no, morto*; del resto ordina loro che riportino al re in palese cose che siano di suo genio. Egli di poi in pochi giorni con l' esercito attento e

intento, atque infesto exercitu in Numidiam procedit: ubi, contra belli faciem, tuguria plena hominum, pecora, cultoresque in agris erant: ex oppidis, et mapalibus, praefecti regis obvii procedebant, parati frumentum dare, commeatum portare, postremo omnia, quae imperarentur, facere. Neque Metellus idcirco minus, sed pariter ac si hostes adessent, munito agmine incedere, late explorare omnia, illa deditionis signa ostentui credere, et insidiis locum tentare. Itaque ipse cum expeditis cohortibus, item funditorum et sagittariorum delecta manu apud primos erat; in postremo C. Marius legatus cum equitibus curabat: in utrumque latus auxiliarios equites tribunis legionum, et praefectis cohortium dispertiverat: ut cum his permixti velites, quocumque accederent, equitatus hostium propulsarent. Nam in Jugurtha tantus dolus, tantaque peritia locorum, et militiae erat, ut, absens an praesens, pacem an bellum gerens perniciosior esset, in incerto haberetur.

inferocito s'innoltra nella Numidia, ove, contro ogni aspetto di guerra, erano gli abituri pieni d' uomini, i bestiami e gli agricoltori per le campagne. Dalle città e dai villaggi se gli facevano incontro i prefetti regj pronti a somministrar grano, a portar vettovaglia, a fare in somma quanto venisse lor comandato. Nè perciò Metello marchiava con le squadre meno guernite, ma, come se fosse alla presenza dell' inimico, tutto spiava per largo tratto, giudicando che sotto quegli apparenti segni di resa si cercasse luogo ad insidie. Per lo che stava egli fra' primi colle coorti leggiere, con iscelta mano di frombolatori e di arcieri; alla coda assisteva C. Mario luogotenente colla cavalleria: in ambo i lati aveva distribuiti ai tribuni delle legioni ed ai prefetti delle coorti i cavalieri ausiliarj, affinchè con quelli mescolati i veliti, ovunque si accostassero, i cavalli respingessero dell' inimico. Giacchè tanta astuzia, tanta pratica e di luoghi e di milizia era in Giugurta, da porsi in dubbio se più pernicioso fosse lontano o presente, se trattando pace o guerreggiando.

LI. Erat haud longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum venalium totius regni maxume celebratum; ubi et incolere, et mercari consueverant Italici generis multi mortales. Huc consul, simul tentandi gratia, et, si paterentur opportunitates loci, praesidium inposuit: praeterea imperavit, frumentum, et alia, quae bello usui forent, comportare: ratus id, quod res monebat, frequentiam negotiatorum, et commeatum juvaturum exercitum, et jam paratis rebus munimento fore. Inter haec negotia Jugurtha impensius modo legatos supplices mittere, pacem orare, praeter suam, liberorumque vitam, omnia Metello dedere. Quos item, uti priores, consul inlectos ad proditionem domum dimittebat: regi pacem, quam postulabat, neque abnuere, neque polliceri, et inter eas moras promissa legatorum exspectare.

LII. Jugurtha ubi Metelli dicta cum factis composuit, ac se suis artibus tentari animadvertit; quippe cui verbis pax

LI. Era lungi non guari da quel cammino che tenea Metello, una città de' Numidi detta Vacca, piazza di mercato la più frequentata di tutto il regno, ove abitare e trafficare solevano molti di nazione italiana. Quivi il console per far anche un tentativo, sebbene avesse il passo aperto ad altri luoghi opportuni, pose guarnigione: inoltre comandò che gli fosse somministrato frumento ed altro d' uso in guerra, giudicando, come la cosa stessa avvertiva, che la frequenza de' negozianti e la vettovaglia sarebbe all' esercito di ajuto, e alle disposte cose di sostegno. Frattanto Giugurta mandava supplici ambasciatori a chieder pace più istantemente e a dar tutto in balia di Metello, salva la sua e la vita dei figli; e quei parimente come i primi allettati al tradimento, eran dal console rimandati a casa senza ricusar nè promettere la pace sollecitata, e in quel frattempo le promesse aspettava degli ambasciatori.

LII. Come Giugurta confrontò i detti di Metello co' fatti, di essere tentato si avvide colle arti sue stesse: a parole annunziarsegli

nunciabatur, ceterum re bellum asperrimum erat, urbs maxuma alienata, ager hostibus cognitus, animi popularium tentati; coactus rerum necessitudine, statuit armis certare. Igitur, explorato hostium itinere, in spem victoriae adductus ex opportunitate loci, quam maxumas potest copias omnium generum parat, ac per tramites occultos exercitum Metelli antevenit. Erat in ea parte Numidiae, quam Atherbal in divisione possederat, flumen oriens a meridie, nomine Muthul; quo aberat mons ferme millia passuum xx. tractu pari, vastus ab natura, et humano cultu: sed ex eo medio quasi collis oriebatur, in inmensum pertingens, vestitus oleastro, ac myrtetis, aliisque generibus arborum, quae humi arido, atque arenoso gignuntur. Media autem planicies deserta, penuria aquae, praeter flumini propinqua loca: ea consita arbustis, pecore atque cultoribus frequentabantur.

LIII. Igitur in eo colle, quem transvorso itinere porrectum docuimus, Jugur-

pace e farsegli di fatto un' asprissima guerra: essersi a lui ribellata una città grandissima, il nemico fatto pratico dei luoghi, gli animi del popolo tentati; costretto dalla necessità delle cose, deliberò venire a giornata. Esplorato adunque il camminno degl' inimici, e per l' opportunità del sito venuto in isperanza di vittoria, allestisce quante più può truppe d' ogni maniera e va per occulti sentieri innanzi all' esercito di Metello. In quella parte di Numidia da Aderbale già posseduta nella divisione, era un fiume derivato da mezzodì, detto Mutul, e distante da quello presso a venti miglia era un monte di pari estensione, diserto naturalmente ed incolto, ma dal cui mezzo immensamente levavasi come un colle vestito di olivastri e mirteti, e di altre generazioni di alberi che in suolo allignano umido ed arenoso. La pianura intermedia poi era deserta, perchè povera d' acque, eccetto nei luoghi vicini al fiume, i quali essendo folti di arboscelli, erano frequentati dal bestiame e da' lavoratori.

LIII. Gingurta adunque, allungate le file dei suoi, si pone in quel colle che abbiamo

tha extenuata suorum acie consedit: elephantis, et parti copiarum pedestrium Bomilcarem praefecit; eumque edocet, quae ageret: ipse propior montem cum omni equitatu, et peditibus delectis suos conlocat: dein singulas turmas, et manipulos circumiens monet, atque obtestatur, *uti memores pristinae virtutis, et victoriae, sese regnumque suum ab Romanorum avaritia defendant: cum iis certamen fore, quos antea victos sub jugum miserint: ducem illis, non animum, mutatum: quae ab imperatore decuerint, omnia suis provisa; locum superiorem, uti prudentes cum imperitis, ne pauciores cum pluribus, aut rudes cum bello melioribus manum conserent: proinde parati, intentique essent, signo dato, Romanos invadere; illum diem aut omnis labores, et victorias confirmaturum, aut maxumarum aerumnarum initium fore*. Ad hoc viritim, uti quemque ob militare facinus pecunia, aut honore extulerat, commonefacere beneficii sui, et eum ipsum aliis ostentare: postremo, pro cu-

detto essere per via obbliqua. Dà a Bomilcare la condotta degli elefanti e di parte d' infanteria, e gli dice ciò che avrebbe a fare; egli stesso colloca i suoi con tutti i cavalli e i fanti scelti più vicino al monte, poscia andando attorno, ciascuna torma e manipolo esorta e scongiura: *che memori dell' antico valore e della fresca vittoria, e sè e il suo regno difendano dall' avarizia romana: dover combattere con quegli stessi che vinti poc' anzi fecero passar sotto il giogo; aver essi mutato condottiero, non cuore: ai suoi aver procurato tutto ciò che a capitano si conveniva; il posto vantaggioso, affinchè i pratici vengano alle mani cogl' ignari, non i pochi contro i più, nè gl' imperiti contro i più esperti in guerra. Quindi parati fossero e intenti, dato il segno, ad investire i Romani: quel giorno o coronerebbe le fatiche tutte e le vittorie, o sarebbe il principio di grandissime sciagure.* Inoltre, siccome egli avea taluno per militari imprese ingrandito o con danaro o con onori, a quelli nominatamente il beneficio suo ricordava, e agli altri additavagli; infine pro-

jusque ingenio pollicendo, minitando, obtestando, alium alio modo excitare: cum interim Metellus, ignarus hostium, monte degrediens cum exercitu conspicatur. Primo dubius, quidnam insolita facies ostenderet, (nam inter virgulta equi, Numidaeque consederant, neque plane occultati humilitate arborum, et tamen, quidnam esset, incerti, cum natura loci, tum dolo ipsi, atque signa militaria, obscurati) dein, brevi cognitis insidiis, paullisper agmen constituit. Ibi commutatis ordinibus, in dextro latere, quod proxumum hostes erat, triplicibus subsidiis aciem instruxit: inter manipulos funditores, et sagittarios dispertit: equitatum omnem in cornibus locat: ac pauca pro tempore milites cohortatus, aciem, sicuti instruxerat, transversis principiis in planum deducit.

LIV. Sed, ubi Numidas quietos, neque colle degredi animadvertit, veritus ex anni tempore, et inopia aquae, ne siti conficeretur exercitus, Rutilium legatum

mettendo, minacciando, pregando, ciascuno, secondo il suo naturale, in vario modo eccitava; quando frattanto si scorge Metello che nulla sapea de' nemici, scendendo con l'esercito dal monte. Ei stette in dubbio dapprima che mai significasse quella strana apparenza. (Poichè i cavalli e i fanti Numidi stando tra i virgulti, non del tutto nascosi per la bassezza degli alberi, poco lasciavano distinguere che ciò fosse, essendo tanto per la natura del luogo, quanto per artifizio coperti essi e le insegne militari). Quindi, in breve conosciuta l'imboscata, fermò alquanto le schiere. Ivi mutati gli ordini, munisce il fianco destro che era il più vicino ai nemici con triplice rinforzo, distribuisce fra i manipoli i frombolatori e gli arcieri, colloca nelle ale tutta la cavalleria; e confortati brevemente, secondo il tempo, i soldati, conduce al piano l'esercito, come lo aveva ordinato, colle prime file poste in fianco.

LIV. Ma poichè vide i Numidi quieti non partirsi dal colle, temendo non la stagione e la penuria d'acqua struggesse l'esercito colla sete, spedì avanti alla volta del fiume Rutilio

cum expeditis cohortibus, et parte equitum praemisit ad flumen, uti locum castris ante caperet, existumans hostes crebro impetu, et transvorsis proeliis iter suum remoraturos, et, quoniam armis diffiderent, lassitudinem et sitim militum tentaturos. Deinde ipse pro re, atque loco, sicuti monte descenderat, paullatim procedere: Marium post principia habere: ipse cum sinistrae alae equitibus esse, qui in agmine principes facti erant. At Jugurtha, ubi extremum agmen Metelli primos suos praetergressum videt, praesidio quasi duum millium peditum montem occupat, qua Metellus descenderat: ne forte, cedentibus adversariis, receptui, ac post munimento foret: dein, repente signo dato, hostes invadit. Numidae alii postremos caedere: pars a sinistra, ac dextra tentare: infensi adesse, atque instare; omnibus locis Romanorum ordines conturbare; quorum etiam qui firmioribus animis obvii hostibus fuerant, ludificati incerto proelio, ipsi modo eminus sauciabantur, neque con-

luogotenente colle coorti leggiere e parte di cavalleria a preoccupare il luogo degli alloggiamenti; giudicando che gl'inimici con ispessi assalti e trasversali scaramucce ritarderebbero il suo cammino; e poichè non fidavano nell'armi, tenterebbero i suoi soldati colla stanchezza e colla sete. Quindi egli stesso secondo le circostanze ed il luogo marchiava a passo lento, com' era calato dal monte; teneva Mario dietro all' avanguardia; stava egli co' cavalli dell' ala sinistra, nel cammino divenuti prime file. Giugurta però come si accorse le ultime file di Metello aver oltrepassato le prime schiere dei suoi, occupa il monte in quella parte ond' era disceso Metello, con un presidio di presso a due mila fanti, affinchè per avventura non fosse di ricovero e poscia di sostegno ai respinti nemici. Indi repentinamente dato il segno, scagliasi loro addosso. I Numidi, altri battono la retroguardia, altri fanno tentativi a sinistra e a destra; ostinati spingono, incalzano, sconvolgono da ogni lato le schiere romane, fra le quali anche quelle che con cuore più fermo eransi fatte incontro all' inimico, in-

tra feriendi aut conserendi manum copia erat. Ante jam docti ab Jugurtha equites, ubicumque Romanorum turma insequi coeperat, non confertim, neque in unum sese recipiebant, sed alius alio quam maxume divorsi. Ita numero priores, si a persequendo hostes deterrere nequiverant, disjectos ab tergo, aut lateribus circumveniebant: sin opportunior fugae collis, quam campi fuerant; ea vero consueti Numidarum equi facile inter virgulta evadere; nostros asperitas, et insolentia loci retinebat.

LV. Ceterum facies totius negotii varia, incerta, foeda, atque miserabilis; dispersi a suis, pars cedere, alii insequi: neque signa, neque ordines observare: ubi quemque periculum ceperat, ibi resistere, ac propulsare: arma, tela, equi, viri; hostes, cives permisti, nihil consilio, neque imperio agi: fors omnia rege-

gannate dalla irregolare battaglia, esse solo erano da lontano colpite, nè all' opposto avevano agio di ferire o da vicino azzuffarsi. Già prima da Giugurta ammaestrati i cavalieri, ovunque prendeva ad inseguirli una torma di Romani, non si ritiravano nè in frotta nè in un medesimo luogo, ma chi qua chi là, gli uni dagli altri distantissimi. E così se non potevano spaventare i nemici dall' inseguirli, essendo essi in maggior numero e quelli dispersi, gli attorniavano dalle spalle e dai fianchi; se poi piuttosto il colle che il piano era opportuno alla fuga, quivi i cavalli de' Numidi avvezzi tra i virgulti scappavano agevolmente, mentre erano i nostri trattenuti dall' asprezza e dalla novità dei luoghi.

LV. Del rimanente era l' aspetto della battaglia vario, incerto, brutto e compassionevole: chi diviso dai suoi cedere; chi incalzare; non ad insegne, non ad ordine porsi mente; ove ciascuno nel pericolo abbattesi, ivi far fronte, ivi respingere: arme, saette, cavalli, uomini, nemici e cittadini, alla rinfusa: niente per consiglio, niente per comando, tutto re-

re. Itaque multum diei processerat, cum etiam tum eventus in incerto erat. Denique, omnibus labore, et aestu languidis, Metellus, ubi videt Numidas minus instare, paullatim milites in unum conducit: ordines restituit, et cohortes legionarias quatuor advorsum pedites hostium conlocat. Eorum magna pars superioribus locis fessa consederat. Simul orare, hortari milites, *ne deficerent, neu paterentur hostes fugientis vincere: neque illis castra esse, neque munimentum ullum, quo cedentes tenderent: in armis omnia sita.* Sed nec Jugurtha quidem interea quietus erat; circuire, hortari, renovare proelium, et ipse cum delectis tentare omnia: subvenire suis, hostibus dubiis instare, quos firmos cognoverat, eminus pugnando retinere.

LVI. Eo modo inter se duo imperatores, summi viri, certabant: ipsi pares, ceterum opibus disparibus. Nam Metello virtus militum erat, locus advorsus: Jugurthae alia omnia, praeter milites, opportuna. Denique Romani, ubi intellegunt,

golar la fortuna. Era così trascorsa buona parte del giorno, e l' evento dubbio tuttora. Finalmente languendo tutti e di fatica e di caldo, come vide Metello che i Numidi meno incalzavano, a poco a poco raccoglie i soldati, li riordina, e pone quattro coorti legionarie a fronte della fanteria nemica, la quale stanca erasi in gran parte posata ne' luoghi eminenti. Prega in un tempo e conforta i soldati *che non si perdano d' animo, nè soffrano vincitore un inimico fuggente*: *non aver essi ulloggiamento, non munizione ove, cedendo, ripararsi: tutto star nelle armi*. Ma neppur Giugurta frattanto si rimanea d' ire attorno, esortare, riazzuffarsi, egli stesso con gente scelta tentar tutto, i suoi soccorrere, i nemici vacillanti incalzare, i fermi, da lungi combattendo, trattenere.

LVI. In tal modo due capitani, uomini sommi, gareggiavan tra loro; eguali essi, ma diseguali di forze. Imperocchè avea Metello soldati prodi, luogo svantaggioso: Giugurta tutto a proposito, tranne i soldati. Infine i Romani, conoscendo nè aver rifugio, nè darsi

neque sibi perfugium esse, neque ab hoste copiam pugnandi fieri; et jam die vesper erat; advorso colle, sicuti praeceptum fuerat, evadunt. Amisso loco Numidae fusi, fugatique, pauci interiere: plerosque velocitas, et regio hostibus ignara, tutata sunt. Interea Bomilcar, quem elephantis, et parti copiarum pedestrium praefectum ab Jugurtha supra diximus, ubi eum Rutilius praetergressus est, paullatim suos in aequum locum deducit: ac, dum legatus ad flumen, quo praemissus erat, festinans pergit, quietus, uti res postulabat, aciem exornat: neque remittit, quid ubique hostis ageret, explorare. Postquam Rutilium consedisse jam, et animo vacuum accepit, simulque ex Jugurthae proelio clamorem augeri; veritus, ne legatus, cognita re, laborantibus suis auxilio foret, aciem, quam diffidens virtuti militum arte statuerat, quo hostium itineri officeret, latius porrigit; eoque modo ad Rutilii castra procedit.

loro dall' inimico opportunità di combattere, poich' era all' imbrunir del giorno, s' impadroniscono, secondo il comandamento, del colle transversale. I Numidi, perduto il posto, furono tutti sbaragliati e fugati, pochi morti: la velocità e il paese ignoto ai nemici protesse la maggior parte. Frattanto Bomilcare, che sopra dicemmo posto da Giugurta al comando degli elefanti, e di una parte d' infanteria, quando Rutilio gli fu passato avanti, conduce i suoi a poco a poco nel piano; e mentre il luogotenente in fretta incamminasi al fiume ov' era stato spedito innanzi, in silenzio, come la circostanza richiedea, ordina le schiere, nè cessa di esplorare da ogni banda le mosse dell' inimico. Poichè udì starsi Rutilio già in posa e spensierato, e insieme crescere le grida dalla parte ove combatteva Giugurta, temendo che il luogotenente informato del fatto accorresse in ajuto ai travagliati compagni; per impedire il passo ai nemici, stende più a lungo le file, che prima, diffidando del valore de' suoi soldati, aveva strettamente disposte; ed in tal modo s' inoltra verso il campo di Rutilio.

LVII. Romani, ex inproviso, pulveris vim magnam animadvertunt; nam prospectum ager arbustis consitus prohibebat. Et primo rati humum aridam vento agitari: post, ubi aequabilem manere, et, sicuti acies movebatur, magis magisque adpropinquare vident; cognita re properantes arma capiunt, ac pro castris, sicuti imperabatur, consistunt. Deinde, ubi propius ventum est, utrimque magno clamore concurritur. Numidae tantummodo remorati, dum in elephantis auxilium putant, postquam eos impeditos ramis arborum, atque ita disjectos circumveniri vident, fugam faciunt: ac plerique, abjectis armis, collis, aut noctis, quae jam aderat, auxilio integri abeunt. Elephanti quatuor capti, reliqui omnes numero quadraginta interfecti. At Romani quamquam itinere, atque opere castrorum, et proelio fessi, laetique erant; tamen, quod Metellus amplius opinione morabatur, instructi, intentique obviam procedunt: nam dolus Numidarum nihil languidi, neque remissi

LVII. I Romani osservano all' improvviso un immenso polverìo, giacchè la campagna folta d' alberi impediva il distinguere. E sulle prime credettero che fosse terra arsiccia mossa dal vento, ma quando poi veggono che mantenevasi eguale e che secondo il moto delle schiere più e più avvicinavasi, conosciuta la cosa, corrono in fretta all' armi, e avanti agli accampamenti, come veniva imposto, si fermano. Poscia fattesi più vicino, ambo le parti con alte grida si affrontano. I Numidi tanto solo stan saldi quanto giudicano di essere soccorsi dagli elefanti, ma vedutili poi intrigati fra i rami degli alberi, e così disuniti essere posti in mezzo, si danno a fuggire, e i più, gettate le armi, col favore del colle e della notte che già sopraggiungeva, partono illesi. Furono presi quattro elefanti, tutti gli altri, in numero di quaranta, uccisi. Ma i Romani sebbene e per lo viaggio, e pel lavoro degli alloggiamenti, e per la battaglia stracchi fossero e lieti, contuttociò, poichè Metello più che non aveano giudicato, ritardava, gli marciano incontro schierati ed attenti; chè l'astuzia de' Numidi, nè

patiebatur. Ac primo obscura nocte, postquam haud procul inter se erant, strepitu, velut hostes adventare, alteri apud alteros formidinem simul, et tumultum facere: et paene inprudentia admissum facinus miserabile, ni utrimque praemissi equites rem exploravissent. Igitur pro metu repente gaudium exortum, milites alius alium laeti adpellant, acta edocent, atque audiunt: sua quisque fortia facta ad coelum fert. Quippe res humanae ita sese habent: in victoria vel ignavis gloriari licet: advorsae res etiam bonos detrectant.

LVIII. Metellus in iisdem castris quatriduo moratus, saucios cum cura reficit; meritos in proeliis more militiae donat, universos in concione laudat, atque agit gratias: hortatur, *ad cetera, quae levia sunt, parem animum gerant: pro victoria satis jam pugnatum, reliquos labores pro praeda fore*. Tamen interim transfugas, et alios obportunos, Jugurtha ubi gentium, aut

nè rilasciamento, nè trascuraggine comportava. E da principio nell' oscurità della notte, quando furono fra di loro non molto discosti, appressandosi con istrepito come nemici, gli uni agli altri spavento insieme e scompiglio arrecavano, e quasi per imprudenza commetteasi un' azione lagrimevole, se gente a cavallo spedita avanti da ambe le parti non avesse scoperta la cosa. In luogo adunque del timore nacque di repente la gioja. Lieti i soldati chiamansi a nome l'un l'altro, narrano, odono i fatti, ognuno innalza al cielo le sue prodezze. Poichè vanno in tal modo le cose umane: nella vittoria è lecito gloriarsi anche al vile: la sconfitta infama anche il prode.

LVIII. Metello, fermatosi in quegli alloggiamenti quattro giorni, ristora premurosamente i feriti, dispensa doni secondo l'uso di guerra ai meritevoli, tutti in pubblica adunanza loda e ringrazia: gli esorta, *pel rimanente, cosa lieve, ad aver pari cuore: essersi ormai abbastanza pugnato per la vittoria; restare le fatiche per la preda* Frattanto però manda disertori ed altre persone adattate a spiare in qual

quid agitaret, cum paucis ne esset, an exercitum haberet, ut sese victus gereret, exploratum misit. At ille sese in loca saltuosa, et natura munita receperat: ibique cogebat exercitum numero hominum ampliorem, sed hebetem, infirmumque, agri ac pecoris magis, quam belli, cultorem. Id ea gratia eveniebat, quod praeter regios equites nemo omnium Numidarum ex fuga regem sequitur: quo cujusque animus fert, eo discedunt: neque id flagitium militiae ducitur: ita se mores habent. Igitur Metellus, ubi videt animum regis etiam tum ferocem esse; bellum renovari, quod nisi ex illius lubidine geri non posset; praeterea inimicum certamen sibi cum hostibus: minore detrimento illos vinci, quam suos vincere: statuit non proeliis, neque acie, sed alio more bellum gerundum. Itaque in Numidiae loca opulentissima pergit: agros vastat: multa castella, et oppida, temere munita, aut sine praesidio, capit, incenditque, puberes interfici jubet: alia omnia militum praedam esse. Ea

luogo fosse Giugurta; a che pensasse; se fosse con pochi, o avesse esercito; come, vinto, si diportasse. Ma egli s'era ricoverato in luoghi montuosi e forti per natura, ed ivi raccoglieva un esército per numero d' uomini maggiore, ma inetto e debole, più che alla guerra uso ai campi e agli armenti. Ciò procedea da questo, che, eccetto la cavalleria reale, niun fra' Numidi siegue il re nella fuga, ciascuno va ove gli aggrada, nè ciò è riputato fra i militari delitto; così si costuma. Metello adunque, poichè vide l'animo del re essere tuttora feroce; rinnovarsi una guerra da non si poter fare che a voglia di lui; inoltre combattere cogl' inimici a svantaggio; aver danno minore essi vinti, che i suoi vincitori; deliberò far la guerra non con battaglie, nè con esercito schierato, ma in altra guisa. Sen va dunque ne' luoghi più ricchi della Numidia, guasta le campagne, prende ed arde molte terre e città mal munite o senza presidio; comanda che i giovani si uccidano, tutto il resto sia preda del soldato. Per tale spavento dansi

formidine multi mortales Romanis dediti obsides: frumentum, et alia, quae usui forent, affatim praebita: ubicumque res postulabat, praesidium inpositum. Quae negotia multo magis, quam proelium male pugnatum ab suis, regem terrebant. Quippe cujus spes omnis in fuga sita erat, sequi cogebatur; et qui sua loca defendere nequiverat, in alienis bellum gerere. Tamen ex inopia, quod optumum videbatur, consilium capit: exercitum plerumque in eisdem locis opperiri jubet: ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur: nocturnis et aviis itineribus ignoratus, Romanos palantis repente adgreditur. Eorum plerique inermes cadunt, multi capiuntur: nemo omnium intactus profugit; et Numidae, prius quam ex castris subveniretur, sicuti jussi erant, in proxumos collis discedunt.

LIX. Interim Romae gaudium ingens ortum cognitis Metelli rebus: ut seque, et exercitum more majorum gereret; in advorso loco victor tamen virtute fuisset; hostium agro potiretur; Jugurtham, ma-

ai Romani molti statichi: viene somministrato abbondantemente grano e quanto altro abbisogna, ponesi guarnigione ov' è mestieri. Le qnali cose sbigottivano il re molto più che la battaglia mal combattuta da' suoi. Poichè egli, la cui speranza stava tutta nella fuga, era costretto ad inseguire; e non avendo potuto difendere luoghi scelti da sè, or dovea far la guerra in quelli di scelta altrui. Pure in tanta scarsezza di consigli sceglie quel che pareva il migliore. Comanda che il grosso dell' esercito lo aspetti in que' luoghi medesimi; egli con iscelta cavalleria tien dietro a Metello, e camminando per non battuti sentieri, di notte, ignoto, assalta all'improvviso i Romani dispersi. I più di loro trovati senz' armi sono uccisi, molti presi, niuno ne fugge illeso; e i Numidi, prima che giungesse soccorso dal campo, ricovransi, secondo l'ordine, ne' colli vicini.

LIX. Frattanto immensa gioja nacque in Roma al risapersi le cose di Metello; come e sè e l'esercito reggesse a modo antico; in luogo sfavorevole, per solo valore rimasto vittorioso; essere padrone delle campagne nemiche; aver

gnificum ex Auli socordia, spem salutis in solitudine, aut fuga coegisset habere. Itaque senatus, *ob ea feliciter acta, Diis inmortalibus supplicia* decernere: civitas trepida antea, et solicita de belli eventu, laeta agere: de Metello fama praeclara esse. Igitur eo intentior ad victoriam niti: omnibus modis festinare: cavere tamen, necubi hosti obportunus fieret: meminisse, post gloriam invidiam sequi. Ita, quo clarior, eo magis anxius erat: neque post insidias Jugurthae effuso exercitu praedari. Ubi frumento, aut pabulo opus erat, cohortes cum omni equitatu praesidium agitabant: exercitus partem ipse, reliquos Marius ducebat. Sed igni magis, quam praeda, ager vastabatur. Duobus locis haud longe inter se castra faciebant. Ubi vi opus erat, cuncti aderant: ceterum, quo fuga, atque formido latius cresceret, divorsi agebant. Eo tempore Jugurtha per colles sequi: tempus, aut locum pugnae quaerere: qua venturum hostem audierat, pabulum, et aquarum

costretto Giugurta, famoso per la codardìa d'Aulo, a sperare salute ne' deserti e nella fuga. Il senato adunque decreta *per questi felici successi ringraziamenti agli Dei immortali*; la città, già tremante e in affanno sull'evento della guerra, tripudia; è la fama di Metello chiarissima. Per lo che più ardente anela alla vittoria; affrettasi in ogni modo, ma si guarda dal venire in luogo opportuno al nemico; rammentasi che l'invidia tien dietro alla gloria. E così quanto più era celebre, tanto più stava in pensiero; nè dopo l'imboscata di Giugurta andavasi più a predare coll'esercito sparso; ma, se abbisognava di frumento o di pascoli, mandava per iscorta le coorti con tutta la cavalleria, ed egli stesso conduceva una parte dell' esercito, Mario il resto. Ma più dal fuoco che dal saccheggio devastavasi la campagna. Facevano gli alloggiamenti in due luoghi fra di loro non guari distanti: quando era mestieri di forza, si univano; in altro caso, acciocchè la fuga e lo spavento si diffondessero per maggior tratto, andavano separati. Giugurta intanto seguivali camminando sulle colline; cercava tempo e luogo di battaglia; ove intendeva

fontes, quorum penuria erat, corrumpere: modo se Metello, interdum Mario ostendere: postremos in agmine tentare, ac statim in collis regredi: rursus aliis, post aliis minitari: neque proelium facere, neque otium pati; tantummodo hostem ab incoepto retinere.

LX. Romanus imperator ubi se dolis fatigari videt, neque ab hoste copiam pugnandi fieri; urbem magnam, et in ea parte, qua sita erat, arcem regni, nomine Zamam, statuit obpugnare; ratus id, quod negotium poscebat, Jugurtham laborantibus suis auxilio venturum, ibique proelium fore. At ille, quae parabantur, a perfugis edoctus, magnis itineribus Metellum antevenit: oppidanos hortatur, moenia defendant, additis auxilio perfugis; quod genus ex copiis regis, quia fallere nequibat, firmissumum erat. Praeterea pollicetur, in tempore semet cum exercitu adfore. Ita compositis re-

che fosse per venire il nemico, corrompeva i pascoli e le sorgenti d'acqua delle quali si penuriava; ora mostravasi a Metello, talora a Mario; molestava le ultime schiere e immantinente tornava su i colli; e di nuovo gli uni dopo gli altri minacciava: nè faceva battaglia, nè concedeva quiete; solo ratteneva il disegno dell'inimico.

LX. Il comandante romano, poichè si avvide essere stancato colle astuzie, nè darglisi dal nemico agio di venire alle mani, deliberò di espugnare una gran città detta Zama, baluardo del regno per la sua situazione; giudicando, come l'affare richiedeva, che Giugurta sarebbe venuto in soccorso de' suoi, posti in pericolo, ed ivi seguirebbe la battaglia. Ma quegli informato dai disertori di quanto preparavasi, camminando a gran giornate va innanzi a Metello: esorta i cittadini a difendere le mura aggiungendo loro per ajuto i disertori, la qual gente, perchè non poteva mancare di fede, era sopra tutte le truppe regie costantissima. Inoltre promette che a suo tempo sarebbe là di persona coll'esercito. Così disposte

bus in loca quam maxume occulta discedit, ac post paullo cognoscit: Marium ex itinere frumentatum cum paucis cohortibus Siccam missum: quod oppidum primum omnium post malam pugnam ab rege defecerat. Eo cum delectis equitibus noctu pergit, et jam egredientibus Romanis in porta pugnam facit: simul magna voce Siccenses hortatur, *uti cohortes ab tergo circumveniant: fortunam illis praeclari facinoris casum dare, si id fecerint; postea sese in regno, illos in libertate sine metu aetatem acturos.* Ac ni Marius signa inferre, atque evadere oppido properavisset, profecto cuncti, aut magna pars Siccensium, fidem mutavissent. Tanta mobilitate sese Numidae agunt. Sed milites Jugurthini paullisper ab rege sustentati, postquam majore vi hostes urgent, paucis amissis profugi discedunt.

LXI. Marius ad Zamam pervenit. Id oppidum in campo situm, magis opere, quam natura munitum erat, nullius idoneae rei egens, armis virisque opulentum. Igitur

le cose sen va in luoghi i più ascosi, e poco dopo viene a sapere che Mario nel cammino era stato mandato con poche coorti a prender grano a Sicca, la qual città erasi la prima ribellata dal re dopo la perduta battaglia. Colà Giugurta s' incammina notte tempo con iscelta cavalleria, ed, uscendone di già i Romani, attacca la zuffa sulla porta, e al tempo stesso ad alta voce esorta i Siccesi: *che circondino le coorti alle spalle; offrire loro la fortuna occasione d' impresa preclara: facendo ciò, ch' egli nel regno, essi in libertà vivrebbero i giorni senza timore.* E se Mario non si fosse affrettato a mandar avanti le bandiere ed uscir fuori dalla città, tutti senza dubbio o gran parte de' Siccesi avrebbero cangiato partito: tanto i Numidi sono volubili. Ma i soldati Giugurtini, sostenuti dal re per poco tempo, poichè i nemici gl' incalzano più impetuosi, con perdita di pochi si danno in fuga.

LXI. Mario giunge a Zama. Questa città situata nel piano era più forte per arte che per natura, di niuna opportuna cosa mancante, ricca d' uomini e d' armi. Metello adunque,

Metellus, pro tempore, atque loco paratis rebus, cuncta moenia exercitu circumvenit: legatis imperat, ubi quisque curaret: deinde, signo dato, undique simul clamor ingens oritur. Neque ea res Numidas terret: infensi, intentique sine tumultu manent: proelium incipitur. Romani pro ingenio quisque, pars eminus glande, aut lapidibus pugnare: evadere alii, alii succedere, ac murum modo suffodere, modo scalis adgredi; cupere proelium in manibus facere. Contra ea oppidani in proxumos saxa volvere, sudes, pila, praeterea pice et sulphure taedam mistam ardentia mittere. Sed ne illos quidem, qui procul manserant, timor animi satis muniverat. Nam plerosque jacula, tormentis, aut manu emissa, vulnerabant, parique periculo, sed fama inpari, boni atque ignavi erant.

LXII. Dum apud Zamam sic certatur, Jugurtha ex inproviso castra hostium cum magna manu invadit, remissis, qui in praesidio erant, et omnia magis, quam

apparecchiate le cose secondo il tempo ed il luogo, cinge coll'esercito tutte le mura: comanda ai luogotenenti in qual luogo ciascheduno dovesse presedere: quindi, dato il segno, si levano alte grida per ogni dove a un tempo stesso. Nè ciò atterrisce i Numidi: feroci e attenti senza tumulto si stanno: cominciasi la battaglia. I Romani, ciascuno come sapeva, altri da lontano combattono con palle di piombo e con pietre: altri si ritirano: altri si caccian sotto, ed ora scalzano il muro, or si provano a scalarlo; ardono di venire alle prese. Al contrario i terrazzani sopra i più vicini rotolan sassi, vibrano aste, dardi, e inoltre ardenti fiaccole di pece mescolata con zolfo. Ma neppure i rimasti lontani erano dalla timidezza loro abbastanza difesi, essendo la maggior parte feriti dai dardi lanciati o con macchine o con mano; e in eguale pericolo, ma gloria ineguale, erano gli animosi ed i vili.

LXII. Mentre presso Zama così si combatte, Giugurta improvvisamente assale con forte schiera gli accampamenti nemici, e trovando la guarnigione spensierata, tutt'altro

proelium, exspectantibus, portam inrumpit. At nostri, repentino metu perculsi, sibi quisque pro moribus consulunt: alii fugere, alii arma capere: magna pars vulnerati, aut occisi. Ceterum ex omni multitudine non amplius quadraginta, memores nominis Romani, grege facto locum cepere, paullo, quam alii, editiorem; neque inde maxuma vi depelli quiverunt; sed tela eminus missa remittere pauci in pluribus minus frustrati: sin Numidae propius accessissent, ibi vero virtutem ostendere, et eos maxuma vi caedere, fundere, atque fugare. Interim Metellus, cum acerrume rem gereret, clamorem et tumultum hostilem a tergo accepit: deinde, converso equo, animadvertit fugam ad se vorsum fieri: quae res indicabat popularis esse. Igitur equitatum omnem ad castra propere misit, ac statim C. Marium cum cohortibus sociorum, eumque lacrumans *per amicitiam, perque rempublicam obsecrat, ne quam contumeliam remanere in exercitu victore, neve ho-*

che battaglia aspettandosi, fa impeto sulla porta. Percossi i nostri da repentino spavento, ciascuno secondo il proprio animo a sè provvede: altri col fuggire, altri col prender l'armi: sono in gran parte feriti o uccisi. Di tanta gente per altro non più di quaranta, rammentando il nome romano, fatto drappello, occuparono un luogo un poco più degli altri eminente, nè poterono, malgrado i più grandi sforzi, essere di là scacciati; ma i dardi lanciati loro da lungi, rilanciavano, e i pochi contro i molti meno in fallo. Se poi i Numidi si approssimavano, allora sì che dimostravasi il valore, poichè quelli con forza grandissima percotevano, sbaragliavano, fugavano. Frattanto Metello, mentre stava nel bollor della zuffa, udì alle spalle grida e tumulto ostile, e, rivolto il cavallo, osservò che si fuggiva alla volta sua, ciocchè indicava essere sua gente. Manda perciò sollecito agli alloggiamenti tutta la cavalleria, e subito anche C. Mario colle coorti degli alleati, e lagrimando *per l'amicizia e per la repubblica lo scongiura a non permettere che resti macchia alcuna nell'esercito vincitore; nè che i nemici si partano*

stes inultos abire sinat. Ille brevi mandata efficit. At Jugurtha munimento castrorum impeditus, cum alii super vallum praecipitarentur, alii in angustiis ipsi sibi properantes officerent, multis amissis in loca munita sese recipit. Metellus, infecto negotio, postquam nox aderat, in castra cum exercitu revortitur.

LXIII. Igitur postero die, prius quam ad obpugnandum egrederetur, equitatum omnem in ea parte, qua regis adventus erat, pro castris agitare jubet: portas, et proxuma loca tribunis dispertit: deinde ipse pergit ad oppidum, atque, uti superiore die, murum adgreditur. Interim Jugurtha ex occulto repente nostros invadit. Qui in proxumo locati fuerant, paullisper territi perturbantur: reliqui cito subveniunt. Neque diutius Numidae resistere quivissent, ni pedites cum equitibus permisti magnam cladem in congressu facerent: quibus illi freti, non uti equestri proelio solet, sequi,

senza farsene vendetta. Egli in breve eseguisce gli ordini. Ma Giugurta impedito dalle fortificazioni del campo, mentre alcuni de' suoi sono precipitati dal bastione, altri per la fretta affollandosi in luoghi angusti si fan danno da sè medesimi, colla perdita di molti si ricovera in luoghi fortificati. Metello, essendo vicina la notte, senz' aver compiuta l'impresa, ritorna coll' esercito agli alloggiamenti.

LXIII. Pertanto il giorno appresso, prima che si uscisse alla oppugnazione, comanda che tutti i cavalieri stiano avanti agli alloggiamenti in quella parte onde veniva il re, distribuisce ai tribuni le porte e i luoghi vicini: quindi sen va egli alla città, e dà, come il giorno innanzi, l' assalto alle mura. In quel mezzo Giugurta da luogo occulto scagliasi all'improvviso addosso ai nostri. Que' ch' erano stati posti più vicino, spaventati alquanto, si scompigliano; gli altri solleciti accorrono. Nè avrebbero potuto i Numidi più lungamente resistere, se non avessero fatta grande strage nello scontro i loro fanti mescolati coi cavalli; ne' quali essi confidando, non inseguivano, e quindi ritira-

dein cedere, sed advorsis equis concurrere, inplicare, ac perturbare aciem: ita, expeditis peditibus suis, hostis paene victos dare.

LXIV. Eodem tempore apud Zamam magna vi certabatur. Ubi quisque legatus, aut tribunus curabat, eo acerrume niti, neque alius in alio magis, quam in sese, spem habere: pariterque oppidani agere, obpugnare, aut parare omnibus locis: avidius alteri alteros sauciare, quam semet tegere: clamor permistus, hortatione, laetitia, gemitu: item strepitus armorum ad coelum ferri: tela utrimque volare. Sed illi, qui moenia defensabant, ubi hostes paullulum modo pugnam remiserant, intenti proelium equestre prospectabant. Eos, uti quaeque Jugurthae res erant, laetos modo, modo pavidos animadverteres: ac, sicuti audiri a suis, aut cerni possent, monere alii, alii hortari, aut manu significare, aut niti corporibus; huc et illuc, quasi vitabundi, aut jacientes tela, agi-

vansi come nelle battaglie equestri si suole, ma urtavano coi cavalli di fronte, inviluppavano e sconcertavano le schiere; e in tal foggia abbandonavano ai loro fanti leggeri gl' inimici presso che vinti.

LXIV. Al tempo stesso con gran furia pugnavasi presso Zama. Ove presedeva luogotenente o tribuno, là un fieramente incalzarsi, e niuno aver in altri più speranza che in sè medesimo: far lo stesso i terrazzani: in ogni luogo o attacchi o difese: più avidamente l' un l' altro ferire che a sè fare schermo: un clamore di esortazioni misto di allegrezza, di gemiti: strepito d' armi levarsi al cielo: strali volar da ogni lato. Ma i difensori delle mura, quando i nemici aveano alquanto allentata la pugna, attenti miravan la zuffa della cavalleria. Secondo l' aspetto delle cose di Giugurta, gli avresti osservati or lieti, or tremanti, e come se potessero essere dai suoi uditi o veduti, chi dare avvisi, chi incoraggire, chi accennar colla mano, chi fare sforzi colla persona, e di qua di là contorcersi come in atto di scansar dardi o di lan-

tare. Quod ubi Mario cognitum est, (nam is in ea parte curabat) consulto lenius agere, ac diffidentiam rei simulare: pati Numidas sine tumultu, regis proelium visere. Ita, illis studio suorum adstrictis, repente magna vi murum adgreditur: et jam scalis adgressi milites prope summa ceperant, cum oppidani concurrunt, lapides, ignem, alia praeterea tela ingerunt. Nostri primo resistere: deinde, ubi unae atque alterae scalae comminutae, qui supersteterant adflicti sunt; ceteri, quo quisque modo potuere, pauci integri, magna pars confecti vulneribus, abeunt. Deinde utrimque proelium nox diremit.

LXV. Metellus postquam videt frustra inceptum, neque oppidum capi, neque Jugurtham, nisi ex insidiis, aut suo loco pugnam facere; et jam aestatem exactam esse; ab Zama discedit: et in iis urbibus, quae ab se defecerant, satisque munitae loco, aut moenibus erant, praesidia inponit. Ceterum exercitum in provinciam, quae

ciarne. Di che avvistosi Mario (giacch' egli avea in cura quel lato) ad arte operava più lentamente, fingeva diffidar dell' impresa, lasciava che i Numidi senza briga mirassero la battaglia del re. Stando quegli in tal modo stretti per sollecitudine de' loro, assale repente con grande sforzo la muraglia; e di già i soldati, sormontate le scale, quasi ne afferravan la cima, quando in folla accorrono i terrazzani e grandinano pietre, fuoco, ed altro saettume. I nostri in prima resistettero; quindi, poichè stritolata una ed altra scala fu stramazzato chi v' era sopra; gli altri, come ciascuno potè, pochi illesi, la maggior parte malconci dalle ferite, si partono. La notte fe' cessare alfin la battaglia da ambe le parti.

LXV. Metello conosciuta vana l' impresa, nè prendersi la città, nè Giugurta venire alle mani che in aguati o in luogo vantaggioso, e già esser finita l' estate, parte da Zama, lasciando presidio in quelle piazze del suo partito, che per sito o per mura erano forti abbastanza: pone il resto dell' esercito a svernare nella provincia più vicina alla Nu-

proxuma Numidiae, hiemandi gratia conlocat. Neque id tempus ex aliorum more quieti, aut luxuriae concedit, sed, quoniam armis bellum parum procedebat, insidias regi per amicos tendere, et eorum perfidia pro armis uti parat. Igitur Bomilcarem, qui Romae cum Jugurtha fuerat, et inde, vadibus datis clam Massivae de nece, judicium fugerat, quod ei per maxumam amicitiam maxuma copia fallendi erat, multis pollicitationibus adgreditur: ac primo efficit, uti ad se conloquendi gratia occultus veniat: dein, fide data, *si Jugurtham vivum, aut necatum sibi tradidisset, fore, ut illi senatus inpunitatem, et sua omnia concederet*; facile Numidae persuadet, cum ingenio infido, tum metuenti ne, si pax cum Romanis fieret, ipse per conditiones ad supplicium traderetur.

LXVI. Is, ubi primum obportunum fuit, Jugurtham anxium, ac miserantem fortunas suas accedit: monet, atque lacrumans obtestatur, *uti aliquando sibi libe-*

midia. Nè, come gli altri costumano, quel tempo alla quiete concede o alla lussuria, ma poichè la guerra poco avanzava coll' armi, disponsi a tramare insidie al re col mezzo degli amici di lui, ed a servirsi per arme della loro perfidia. Assale dunque con molte promesse quel Bomilcare ch' era stato con Giugurta a Roma, e di là, dati gli ostaggi, erasi colla fuga ascosamente sottratto al giudizio dell' uccisione di Massiva; giacch' egli, attesa la grandissima amicizia, agio grandissimo avea d' ingannarlo; e prima ottiene che venga ad abboccarsi seco in segreto; dipoi, datagli la fede che *se gli avesse consegnato Giugurta vivo o morto, il senato gli concederebbe l' impunità e tutte le cose sue*, facilmente ciò persuade al Numida, sì perchè infedel di natura, sì perchè temeva, facendosi la pace co' Romani, non esser ne' patti dato loro in mano per esser morto.

LXVI. Ei, come prima gli venne in acconcio, sen va a Giugurta, e lui affannoso e del suo stato dolente avverte, e lagrimando scongiura *a pensare una volta a sè, ai figliuoli,*

risque, et genti Numidarum optume merenti, provideat: omnibus proeliis sese victos, agrum vastatum, multos mortalis captos, occisos; regni opes comminutas esse; satis saepe jam et virtutem militum, et fortunam tentatam: caveat, ne illo cunctante, Numidae sibi consulant. His, atque talibus aliis ad deditionem regis animum inpellit. Mittuntur ad imperatorem legati, qui Jugurtham imperata facturum dicerent, ac sine ulla pactione sese, regnumque suum in illius fidem tradere. Metellus propere cunctos senatorii ordinis ex hibernis accersiri jubet; eorum, atque aliorum, quos idoneos ducebat, consilium habet. Ita more majorum, ex consilii decreto, per legatos *Jugurthae imperat argenti pondo ducenta millia, elephantos omnis, equorum, et armorum aliquantum.* Quae postquam sine mora facta sunt, jubet omnis perfugas vinctos adduci. Eorum magna pars, uti jussum erat, adducti: pauci, cum primum deditio coepit, ad regem Bocchum

e alla cotanto benemerita gente Numida. Essere in tutte le battaglie rimasti vinti, le campagne devastate, molti uomini presi o uccisi, le forze del regno venute meno; abbastanza più volte essersi provato e il valor dei soldati e la fortuna; si guardasse che, indugiando egli, i Numidi non provvedessero a sè medesimi. Con queste ed altre simiglianti parole spinge alla resa l'animo del re. Mandansi ambasciatori al generale a dirgli che Giugurta avrebbe ubbidito ai suoi ordini, e che senza veruna condizione nella fede di lui rimetteva sè stesso e il regno. Metello comanda che sollecitamente si faccian venire dai quartieri d'inverno quanti v'erano dell'ordine senatorio: tiene consiglio con questi e con altri che riputavà di ciò meritevoli. Così per decreto del consiglio, secondo l'uso degli antichi, *tassa Giugurta* per mezzo di ambasciadori *in dugento mila libbre d' argento, in tutti gli elefanti e in alquanti cavalli ed armi.* Le quali cose eseguite senza dimora, comanda che gli siano condotti tutti i disertori in catene. Ne fu, secondo il comandamento, menata gran parte; alcuni pochi, quando cominciò a trattarsi la resa, s' eran an-

in Mauritaniam abierant. Igitur Jugurtha, ubi armis, virisque, et pecunia spoliatus est, cum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur, rursus coepit flectere animum suum, et ex mala conscientia digna timere. Denique, multis diebus per dubitationem consumtis, cum modo taedio rerum advorsarum omnia bello potiora duceret; interdum secum ipse reputaret, quam gravis casus in servitium ex regno foret; multis, magnisque praesidiis nequicquam perditis, de integro bellum sumit. Et Romae senatus, de provinciis consultus, Numidiam Metello decreverat.

LXVII. Per idem tempus Uticae forte C. Mario, per hostias diis supplicanti, *magna, atque mirabilia portendi* haruspex dixerat, *proinde, quae animo agitabat, fretus diis ageret: fortunam quam saepissume experiretur. cuncta prospere eventura.* At illum jam antea consulatus ingens cupido exagitabat: ad quem capiundum, praeter vetustatem familiae, alia omnia abunde

dati in Mauritania presso il re Bocco. Giugurta adunque dopo essere stato spogliato d' armi, d' uomini, e di danaro, essendo egli stesso chiamato a Tisidio per ricevervi ordini, cominciò di nuovo a cangiar di pensiero, e, conscio dei suoi delitti, a temerne condegna pena. Finalmente spesi fra 'l dubitar molti giorni, ora nojato dell' avversa fortuna, ogni altra cosa stimando preferibile alla guerra; talora riflettendo fra sè medesimo quanto grave sarebbe dal regno cadere nella servitù; molti e grandi sostegni indarno perduti, da capo intraprende la guerra. In Roma il senato, consultato sulle provincie, avea decretata la Numidia a Metello.

LXVII. In quel medesimo tempo C. Mario supplicando per avventura in Utica co' sagrificj gli Dei, l'aruspice aveva detto *presagirsi cose grandi e maravigliose; laonde che fidato negli Dei eseguisse ciò che rivolgeva in pensiero; che quanto potea più spesso facesse prova della fortuna: tutto gli anderebbe prosperamente.* Or ei da gran tempo smaniava per immensa brama del consolato, per ottenere il quale, se ne levi l'antichità del legnaggio, aveva d'ogni altra cosa

erant: industria, probitas, militiae magna scientia, animus belli ingens, domi modicus, lubidinis, et divitiarum victor, tantummodo gloriae avidus. Sed is natus, et omnem pueritiam Arpini altus, ubi primum aetas militiae patiens fuit, stipendiis faciundis, non Graeca facundia, neque urbanis munditiis sese exercuit: ita inter artis bonas integrum ingenium brevi adolevit. Ergo ubi primum tribunatum militarem a populo petit, plerisque faciem ejus ignorantibus, facile notus per omnis tribus declaratur. Deinde ab eo magistratu, alium post alium sibi peperit: semperque in potestatibus eo modo agitabat, ut ampliore, quam gerebat, dignus haberetur. Tamen is ad id locorum talis vir, (nam postea ambitione praeceps datus est) consulatum adpetere non audebat. Etiam tum alios magistratus plebes, consulatum nobilitas inter se per manus tradebat. Novus nemo tam clarus, neque tam egregiis factis erat, quin is indignus illo honore, et quasi pollutus haberetur.

a dovizia: industria, probità, grande scienza militare, animo grandissimo in guerra, in casa moderato, vincitore de' piaceri e delle ricchezze, avido di gloria soltanto. Nato e cresciuto per tutta la puerizia in Arpino, appena fu in età da sopportar la milizia, non esercitossi nell'eloquenza greca, nè in dilicatezze cittadinesche, ma facendo il soldato; in tal guisa fra le arti buone l'incorrotto ingegno in breve tempo fessi robusto. Quando adunque la prima volta chiese al popolo il tribunato militare, con tutto che la maggior parte nol conoscesse di vista, fu eletto da tutte le tribù come per fama notissimo. Quindi dopo quello procacciossi altri magistrati l' un dopo l'altro; e sempre nelle cariche si condusse in modo da esser giudicato degno di un' altra maggiore di quella che esercitava. Con tutto ciò fino a quel tempo un tanto uomo (che poi precipitossi per ambizione) non osava pretendere il consolato. Fin d'allora i plebei si passavano fra di loro di mano in mano gli altri magistrati, e i nobili il consolato. Nè v'era uomo nuovo sì chiaro, nè sì famoso per imprese, che non fosse tenuto indegno di quell'onore, e quasi nol macchiasse.

LXVIII. Igitur, ubi Marius haruspicis dicta eodem intendere videt, quo cupido animi hortabatur; ab Metello petundi gratia missionem rogat: cui quamquam virtus, gloria, atque alia optanda bonis superabant, tamen inerat contemtor animus, et superbia, commune nobilitatis malum. Itaque primum commotus insolita re, mirari ejus consilium, et quasi per amicitiam monere, *tamen prava inciperet, neu super fortunam animum gereret: non omnia omnibus cupienda esse: debere illi res suas satis placere: postremo caveret id petere a populo Romano, quod illi jure negaretur*. Postquam haec, atque alia talia dixit, neque animus Marii flectitur; respondit: *ubi primum potuisset per negotia publica, facturum sese, quae peteret*. Ac postea, saepius eadem postulanti, fertur dixisse: *ne festinaret abire: satis mature illum cum filio suo consulatum petiturum*. Is eo tempore contubernio patris ibidem militabat, annos natus circiter xx., quae res

LXVIII. Quando adunque Mario si accorse le parole dell'aruspice quello stesso aver in mira che ardentemente in suo cuore desiderava, chiede per andare a pretendere, licenza a Metello, il quale comechè possedesse abbondantemente virtù, gloria, ed altre qualità desiderabili da ogni buono, pure aveva in sè animo sprezzante e superbia, vizio di tutti i nobili. Pertanto da principio sorpreso dall'insolenza della cosa faceva maraviglie della risoluzione di lui, e a modo di amico lo avvertiva *di non intraprendere siffatte malvagità, e di non aver animo maggiore della sua fortuna: non tutto aver tutti a desiderare; dover egli esser pago abbastanza dello stato suo: infine si guardasse dal chiedere al popolo romano ciocchè a buon dritto gli si negherebbe.* Dette queste e somiglianti cose, nè l'animo di Mario piegandosi, soggiunse *che appena i pubblici affari gliel concedessero, avrebbe fatto quanto domandava.* E dopo richiedendogli spesso la cosa medesima, è fama che gli dicesse: *di non aver fretta a partire: arriverebbe sempre a tempo per chiedere il consolato in compagnia di suo figlio.* Questi in quel tempo, all'età di circa a venti anni,

Marium cum pro honore, quem adfectabat, tum contra Metellum vehementer accenderat. Ita cupidine, atque ira, pessimis consultoribus, grassari: neque facto ullo, neque dicto abstinere, quod modo ambitiosum foret: milites, quibus in hibernis praeerat, laxiore imperio, quam antea, habere: apud negotiatores, quorum magna multitudo Uticae erat, criminose simul et magnifice de bello loqui: *dimidia pars exercitus si sibi permitteretur, paucis diebus Jugurtham in catenis habiturum: ab imperatore consulto trahi, quod homo inanis, et regiae superbiae, imperio nimis gauderet*. Quae omnia illis eo firmiora videbantur, quod diuturnitate belli res familiaris corruperant: et animo cupienti nihil satis festinatur.

LXIX. Erat praeterea in exercitu nostro Numida quidam, nomine Gauda, Mastanabilis filius, Masinissae nepos, quem Micipsa testamento secundum heredem scripserat, morbis confectus, et ob eam caus-

militava convivendo col padre. La qual risposta avea oltremodo infiammato Mario tanto per l'onore che ambiva, quanto contro Metello. E così invasato da ambizione e da sdegno, pessimi consiglieri, non si astenéva da tutto fare e dire, purchè glien venisse favore: governava i soldati, ai quali era preposto ne' quartieri d'inverno, con disciplina più rilasciata che prima; parlava della guerra co' mercatanti, de' quali era in Utica gran moltitudine, con accuse insieme e con vanto: *gli si desse la metà dell' esercito, in pochi giorni avrebbe Giugurta in catene: a bella posta tirarsi in lungo dal capitano, perchè quell'uomo vano e superbo quanto un re, troppo prendea diletto del comandare.* Le quali cose tutte ad essi tanto più vere sembravano, quanto per la lunghezza della guerra erano andati a male i loro domestici affari; e per un animo desioso non si fa mai presto abbastanza.

LXIX. Era inoltre nel nostro esercito un certo Numida per nome Gauda, figliuolo di Mastanabile, nipote di Masinissa, chiamato da Micipsa nel testamento secondo erede; consunto da malattie, e quindi alquanto

sam mente paullum inminuta. Cui Metellus petenti, more regum, uti sellam juxta poneret, item postea custodiae caussa turmam equitum Romanorum, utrumque negaverat: honorem, quod eorum modo foret, quos populus Romanus reges adpellavisset: praesidium, quod contumeliosum in eos foret, si equites Romani, satellites Numidae traderentur. Hunc Marius anxium adgreditur, atque hortatur, ut contumeliarum in imperatorem, cum suo auxilio poenas petat: hominem ob morbos animo parum valido secunda oratione extollit: *illum regem, ingentem virum, Masinissae nepotem esse: si Jugurtha captus, aut occisus foret, imperium Numidiae sine mora habiturum: id adeo mature posse evenire, si ipse consul ad id bellum missus foret.* Itaque et illum, et equites Romanos, milites, et negotiatores, alios ipse, plerosque spes pacis inpellit, uti Romam ad suos necessarios aspere in Metellum de bello scribant, Marium imperatorem poscant. Sic illi a multis mortalibus honestissuma suffragatione consulatus petebatur. Simul ea

scemo di mente. Il quale avendo chiesto a Metello di porre il seggio all' uso de' re vicino a quello di lui, e quindi una torma di cavalieri romani per guardia, ei gli avea negata l'una e l'altra: l' onore del seggio, perchè apparteneva solo a quelli cui il popolo romano dava titolo di re; la guardia, perchè sarebbe ignominioso ai cavalieri romani l'essere satelliti di un Numida. A costui angoscioso si fa innanzi Mario, e lo esorta a vendicarsi, coll' ajuto suo, degli affronti avuti dal capitano: con ragionar lusinghiero esalta quell' uomo d'animo debole per le infermità: *re esser egli, uom sommo, nipote di Masinissa: se Giugurta fosse preso o ucciso, egli tosto il regno avrebbesi di Numidia, e ciò poter presto avvenire, ov' egli fosse mandato console a quella guerra.* Sicchè e costui e cavalieri romani e soldati e mercatanti, alcuni da lui, i più da speranza di pace, vengon sospinti a scrivere aspramente ai più stretti amici in Roma contro Metello intorno alla guerra, e a chiedere Mario per capitan generale. In siffatto modo, da molti con onorevolissimo voto era per lui richiesto il consolato. Inoltre in que' dì la

tempestate plebes nobilitate fusa per legem Mamiliam, novos extollebat. Ita Mario cuncta procedere.

LXX. Interim Jugurtha, postquam, omissa deditione, bellum incipit, cum magna cura parare omnia, festinare, cogere exercitum: civitates, quae ab se defecerant, formidine, aut ostentando praemia adfectare: communire suos locos: arma, tela, aliaque, quae spe pacis amiserat, reficere, aut commercari: servitia Romanorum adlicere, et eos ipsos, qui in praesidiis erant, pecunia tentare: prorsus nihil intactum, neque quietum pati: cuncta agitare. Igitur Vaccenses, quo Metellus initio, Jugurtha pacificante, praesidium inposuerat, fatigati regis suppliciis, neque antea voluntate alienati, principes civitatis inter se conjurant: nam vulgus, uti plerumque solet, et maxume Numidarum, ingenio mobili, seditiosum, atque discordiosum erat, cupidum novarum rerum, quieti et otio advorsum: dein, compositis inter se rebus, in diem tertium constituunt, quod

plebe, dopo aver abbattuta colla legge Mamiliana la nobiltà, inalzava uomini nuovi. Sicchè tutte le cose andavano a Mario prosperamente.

LXX. Frattanto Giugurta, poichè, tralasciata la resa, ripigliò la guerra, diedesi con gran diligenza ad allestire tutte le cose, darsi fretta, raccoglier l'esercito, riacquistar le città ribellatesi o col timore o col far mostra di ricompense, fortificare i luoghi suoi, rifare o comperare armature, armi ed altre cose perdute per isperanza di pace, adescare gli schiavi de' Romani, e tentar col danaro quegli stessi che erano nelle guarnigioni, niuna cosa in somma sofferire intentata o quieta, tutto mettere in moto. I principali adunque della città di Vacca, ove Metello da principio, quando Giugurta trattava la pace, avea posto presidio, infestati dalle preghiere del re, nè prima da lui spontaneamente alienati, fra sè cospirano: imperocchè il volgo, come per lo più suole e spezialmente quello dei Numidi, era d'ingegno volubile, tumultuante, zizzanioso e vago di cose nuove, alla quiete avverso ed all'ozio: quindi stabilite fra loro le cose, determinano pel terzo giorno, il quale,

is festus celebratusque per omnem Africam, ludum, et lasciviam magis, quam formidinem, ostentabat. Sed, ubi tempus fuit, centuriones, tribunosque militaris, et ipsum praefectum oppidi T. Turpilium Silanum, alius alium domos suas invitant: eos omnis, praeter Turpilium, inter epulas obtruncant: postea milites palantis, inermis, quippe in tali die, ac sine imperio adgrediuntur. Idem plebes facit, pars edocti ab nobilitate, alii studio talium rerum incitati, queis acta, consiliumque ignorantibus tumultus ipse, et res novae satis placebant.

LXXI. Romani milites, inproviso metu, incerti ignarique, quid potissumum facerent, trepidare ad arcem oppidi, ubi signa, et scuta erant: praesidium hostium, portae ante clausae fugam prohibebant: ad hoc mulieres puerique pro tectis aedificiorum saxa, et alia, quae locus praebebat, certatim mittere. Ita neque caveri anceps malum, neque a fortissumis infirmissumo genere resisti posse: juxta boni,

essendo festivo e solenne per tutta l'Africa, prometteva giuochi e piaceri più che timore. Quindi venuto il tempo, invitano a casa loro chi l'uno e chi l'altro de' centurioni e de' tribuni militari, e lo stesso T. Turpilio Silano prefetto della città: in mezzo ai conviti trucidano tutti, da Turpilio in fuori; quindi piombano addosso ai soldati, atteso un tal giorno e il mancar de' capi, dispersi e disarmati. Fan lo stesso i plebei; alcuni ammaestrati dai nobili, altri spinti da genio per siffatte cose, i quali, quantunque fossero ignari dell'accaduto e del disegno, abbastanza del tumulto medesimo e della novità compiacevansi.

LXXI. I soldati romani, per l'improvviso spavento incerti e non sapendo spezialmente che farsi, corrono tremanti alla rocca della città, ov' erano le insegne e gli scudi: gl' inimici la presidiavano; le porte già chiuse impedivano il fuggire: inoltre le donne e i fanciulli dai tetti degli edifizj a gara scagliavano sassi e quanto altro il luogo somministrava. Così nè scansar potevasi il doppio pericolo, nè da fortissimi uomini resistere a debolissima gente: buoni, tri-

malique, strenui, et imbelles inulti obtruncati. In ea tanta asperitate, saevissumis Numidis, et oppido undique clauso, Turpilius praefectus unus ex omnibus Italicis profugit intactus: id misericordia ne hospitis, an pactione, an casu ita evenerit, parum comperimus: nisi quia illi in tanto malo, turpis vita integra fama potior fuit, inprobus intestabilisque videtur. Metellus, postquam de rebus Vaccae actis comperit, paullisper moestus e conspectu abiit: deinde, ubi ira, et aegritudo permista sunt, cum maxuma cura ultum ire injurias festinat. Legionem, cum qua hiemabat, et quam plurimos potest Numidas equites pariter cum occasu solis expeditos educit: et postera die circiter horam tertiam pervenit in quamdam planitiem, locis paullo superioribus circumventam. Ibi milites fessos itineris magnitudine, et jam abnuentis omnia, docet oppidum Vaccam non amplius mille passuum abesse: decere illos reliquum laborem aequo animo pati, dum pro civibus suis, viris fortissumis, atque miserrumis, poenas caperent. Praeterea

sti, valenti e codardi son del pari tagliati a pezzi senza vendetta. In mezzo a sì aspro governo, fra' Numidi crudelissimi e la città chiusa da ogni lato, Turpilio prefetto la scampò illeso solo fra tutti gl'Italiani: se ciò sia avvenuto per compassione dell' ospite o per patto o per caso s'è mal saputo; eccetto che per avere in cotanta disavventura ad una fama illibata anteposta una turpe vita, ribaldo sembra ed infame. Come Metello udì l'accaduto in Vacca, mesto dipartissi per un poco dal cospetto d' ognuno; poscia, congiuntasi l'ira al dolore, con diligenza grandissima si affretta a vendicare l' ingiuria. Sul tramontar del sole conduce fuori la legione colla quale svernava, e quanti più può cavalleggieri Numidi, e il giorno appresso, intorno all' ora terza, giunge in una certa pianura intorniata da luoghi alquanto eminenti. Quivi i soldati stanchi dal lungo cammino e tutto già ricusanti avverte, la città di Vacca non esser lontana più di un miglio: convenire che di buon animo sopportassero la rimanente fatica per far vendetta de' loro concittadini, fortissimi uomini e infelicissimi. Inoltre benignamente

praedam benigne ostentat. Sic animis eorum adrectis, equites in primo latere, pedites quam arctissume ire, et signa occultare jubet.

LXXII. Vaccenses, ubi animadvertere ad se vorsum exercitum pergere, primo, uti res erat, Metellum esse rati, portas clausere: deinde, ubi neque agros vastari, et eos, qui primi aderant, Numidas equites vident; rursum Jugurtham arbitrati, cum magno gaudio obvii procedunt. Equites peditesque, repente signo dato, alii vulgum effusum oppido caedere; alii ad portas festinare: pars turres capere: ira, atque spes praedae amplius, quam lassitudo, posse. Ita Vaccenses biduum modo ex perfidia laetati: civitas magna, et opulens, poenae cuncta aut praedae fuit. Turpilius, quem praefectum oppidi unum ex omnibus profugisse, supra ostendimus, jussus a Metello caussam dicere; postquam sese parum expurgat, condemnatus, verberatusque capite poenas solvit: nam is civis ex Latio erat.

mette in vista la preda. In tal guisa rinvigoriti gli animi loro, comanda che nella prima fila i cavalli stiano radi, i fanti più stretti che mai, e che si occultino le insegne.

LXXII. Quando i Vaccesi si accorsero che l'esercito andava alla volta loro, prima giudicando che fosse Metello, com'era di fatti, chiusero le porte; di poi quando videro non darsi il guasto alle campagne, e i primi che si accostavano esser cavalli Numidi, stimando in vece che fosse Giugurta, con grande allegrezza gli escono incontro. Ed eccoti cavalieri e fanti, repente dato il segno, altri far macello del volgo uscito in calca dalla città, altri affrettarsi verso le porte, altri occupare le torri; lo sdegno e la speranza della preda poter più che la stanchezza. Così i Vaccesi due giorni soltanto furono lieti della loro perfidia: quella grande e ricca città fu tutta quanta punita o saccheggiata. Turpilio prefetto, che sopra mostrammo averla scampata solo fra tutti, costretto da Metello a scolparsi, poichè mal si giustifica, condannato e battuto paga il fio colla testa; perocchè egli era cittadino del Lazio.

LXXIII. Per idem tempus Bomilcar, cujus inpulsu Jugurtha deditionem, quam metu deseruit, inceperat, suspectus regi, et ipse eum suspiciens, novas res cupere: ad perniciem ejus dolum quaerere: diu noctuque fatigare animum: denique, omnia tentando, socium sibi adjungit Nabdalsam, hominem nobilem, magnis opibus clarum, acceptumque popularibus suis: qui plerumque seorsum ab rege exercitum ductare, et omnis res exsequi solitus erat, quae Jugurthae fesso, aut majoribus adstricto superaverant: ex quo illi gloria, opesque inventae. Igitur utriusque consilio dies insidiis statuitur: cetera, uti res posceret, ex tempore parari placuit. Nabdalsa ad exercitum profectus; quem inter hiberna Romanorum jussus habebat, ne ager inultis hostibus vastaretur. Is postquam, magnitudine facinoris perculsus, ad tempus non venit; metusque rem impediebat; Bomilcar simul cupidus incepta patrandi, et timore socii anxius,

LXXIII. In quel tempo medesimo Bomilcare, per cui impulso Giugurta aveva incominciata la resa che di poi abbandonò per timore, sospetto al re, ed egli altresì di lui sospettando, bramava mutazioni, cercava tramargli contro, dì e notte affaticava la mente. Infine col tentare per ogni verso, si fa compagno Nabdalsa, uomo nobile, chiaro per gran ricchezze, accetto ai suoi nazionali, il quale per lo più guidava un esercito separato dal re, e soleva eseguire tutte quelle cose che a Giugurta stanco o in cose maggiori occupato erano rimaste a farsi; dal che ebbe gloria e ricchezze. Per consiglio adunque di entrambi si stabilisce il giorno delle insidie: il resto piacque che si avesse a disporre all' improvviso, secondo che la cosa richiedesse. Nabdalsa andò all' esercito che per comando del re teneva ne' contorni ove i Romani svernavano, affinchè la campagna non fosse dagl'inimici impunemente devastata. Ma egli dalla grandezza percosso dell' attentato e da timor trattenuto, non essendo comparso al tempo stabilito, Bomilcare ardente di compire l'impresa, ed insieme affannoso per paura non il compagno, ab-

ne, omisso vetere consilio, novum quaereret; litteras ad eum per homines fidelis mittit: in queis mollitiem, socordiamque viri accusare; testari Deos, per quos juravisset; monere, *ne praemia Metelli in pestem converteret; Jugurthae exitium adesse: ceterum, sua ne, an virtute Metelli periret, id modo agitari: proinde reputaret cum animo suo, praemia, an cruciatum mallet.*

LXXIV. Sed, cum hae litterae adlatae, forte Nabdalsa, exercito corpore fessus, in lecto quiescebat. Ubi, cognitis Bomilcaris verbis, primo cura, deinde, uti aegrum animum solet, somnus cepit. Erat ei Numida quidam negotiorum curator fidus, acceptusque, et omnium consiliorum, nisi novissumi, particeps. Qui postquam adlatas litteras audivit, ex consuetudine ratus opera, aut ingenio suo opus esse, in tabernaculum introiit: dormiente illo, epistolam, super caput in pulvino temere positam, sumit, ac perlegit; dein

bandonato il primiero disegno,un nuovo ne meditasse,gli manda lettere per uomini fedeli,nelle quali accusava la dappocaggine di lui e la viltà; chiamava in testimonio gli Dei, pe' quali avea giurato; ammonivalo, *non convertisse i premj di Metello in ruina: la morte di Giugurta essere imminente; se perir dovesse pel valore di loro o di Metello,di ciò sol trattarsi: laonde fra sè medesimo considerasse, se volea piuttosto i premj o i tormenti.*

LXXIV. Or quando recate furono queste lettere, Nabdalsa, a caso, stanco per esercizj di corpo riposava sul letto; ove, conosciuto ciò che diceva Bomilcare,fu preso prima da inquietudine, poi dal sonno, come avvenir suole ad un animo abbattuto. Aveva egli un certo Numida amministratore de' suoi affari, fedele e gradito,e di tutti i segreti partecipe, dall'ultimo in fuori. Il quale, poichè intese essere state recate lettere, giudicando, che si abbisognasse al solito dell'opera o dell'ingegno suo, entrò nella tenda, e, trovando Nabdalsa addormentato, prende e legge la lettera posta sconsigliatamente dietro il capo sopra il guanciale; quindi

propere, cognitis insidiis, ad regem pergit. Nabdalsa, post paullo experrectus, ubi neque epistolam reperit, et rem omnem, uti acta erat, ex perfugis cognovit; primo iudicem persequi conatus; postquam id frustra fuit, Jugurtham, placandi gratia, accedit: dicit quae ipse paravisset facere, perfidia clientis sui praeventum: lacrumans *obtestatur per amicitiam, perque sua antea fideliter acta, ne super tali scelere suspectum sese haberet*.

LXXV. Ad ea rex aliter, atque animo gerebat, placide respondit. Bomilcare, aliisque multis, quos socios insidiarum cognoverat, interfectis, iram obpresserat, ne qua ex eo negotio seditio oriretur. Neque post id locorum Jugurthae dies, aut nox ulla quieta fuit: neque loco, neque mortali cuiquam, aut tempori satis credere: civis, hostis juxta metuere: circumspectare omnia, et omni strepitu pavescere: alio, atque alio loco saepe contra decus regium, noctu requiescere: interdum somno excitus, adreptis armis tumultum

sollecito, conosciute le insidie, sen corre dal re. Nabdalsa poco dopo svegliatosi, non avendo trovata la lettera, e dai disertori avendo saputo come tutto il fatto era andato, prima tentò di raggiungere il delatore, e, non essendogli riuscito, presentasi a Giugurta per placarlo: essere stato dalla perfidia di un suo cliente prevenuto in quello ch'egli stesso era preparato di fare: *lo scongiura* con lagrime, *per l'amicizia e per le passate sue fedeli azioni a non averlo per sospetto di una siffatta scelleratezza.*

LXXV. A queste parole, contro quello che aveva in cuore, rispose il re placidamente. Colla morte di Bomilcare e di altri molti scoperti complici del tradimento avea smorzato lo sdegno, onde da ciò non n' avesse a nascere sedizione. Nè d'indi in poi ebbe più Giugurta un dì o una notte tranquilla: cominciò nè di luogo, nè di uomo, nè di tempo alcuno a fidarsi abbastanza; i cittadini temere come i nemici; guardarsi attorno per tutto; ad ogni strepito spaventarsi; ora in uno, ora in altro luogo posar la notte, spesso contro il decoro reale; talora scosso dal sonno, dato di piglio all'armi,

facere: ita formidine, quasi vecordia, exagitari.

LXXVI. Igitur Metellus, ubi de casu Bomilcaris, et indicio patefacto ex perfugis cognovit; rursus tamquam ad integrum bellum cuncta parat, festinatque. Marium, fatigantem de profectione, simul et invitum, et offensum sibi parum idoneum ratus, domum dimittit. Et Romae plebes, litteris, quae de Metello ac Mario missae erant, cognitis, volenti animo de ambobus acceperant. Imperatori nobilitas, quae antea decori fuerat, invidiae esse: at illi alteri generis humilitas favorem addiderat: ceterum in utroque magis studia partium, quam bona, aut mala sua, moderata. Praeterea seditiosi magistratus vulgum exagitare, Metellum omnibus concionibus capitis arcessere, Marii virtutem in majus celebrare. Denique plebes sic accensa, uti opifices, agrestisque omnis, quorum res, fidesque in manibus sitae erant, relictis operibus frequentarent Marium, et sua necessaria post illius honorem ducerent.

far tumulto: la paura, quasi una frenesìa, sì fattamente agitavalo.

LXXVI. Pertanto Metello, risaputa dai disertori la morte di Bomilcare e lo scoprimento delle trame, tutto da capo dispone e sollecita come per guerra nuova. E giudicando Mario, che stancavalo per lo congedo ed ivi stavasi di mal cuore e seco irritato, esser poco a proposito, nel rimanda a casa. In Roma poi risaputesi le lettere scritte intorno a Metello ed a Mario, avea la plebe con piacere udito di entrambi. Al capitano era cagione di odio la nobiltà che prima gli era stata di lustro, all'altro la bassezza de'natali aveva accresciuto favore; ma più che dalla virtù o da' vizj di ambedue, si prendea norma dalla passion dei partiti. Inoltre magistrati sediziosi aizzavano il volgo, Metello accusavano in tutte le arringhe di capitali delitti, la virtù di Mario ingrandivano. Era infine la plebe infiammata a segno che gli artigiani e i contadini tutti, le cui sostanze e 'l cui credito consistevano nelle braccia, tralasciati i lavori, corteggiavano Mario, e le proprie necessità all' onore di lui posponevano. In

Ita perculsa nobilitate, post multas tempestates, novo homini consulatus mandatur: et postea populus a tribuno plebis Manlio Mantino rogatus, quem vellet cum Jugurtha bellum gerere, frequens Marium jussit. Sed senatus paullo ante Metello Numidiam decreverat, ea res frustra fuit.

LXXVII. Eodem tempore Jugurtha, amissis amicis, quorum plerosque ipse necaverat, ceteri formidine, pars ad Romanos, alii ad regem Bocchum profugerant; cum neque bellum geri sine administris posset, novorumque fidem in tanta perfidia veterum experiri periculosum duceret, varius incertusque agitabatur. Neque illi res, neque consilium, aut quisquam hominum satis placebat: itinera, praefectosque in dies mutare: modo advorsum hostes, interdum in solitudines pergere: saepe in fuga, at post paullo spem in armis habere: dubitare, virtuti an fidei popularium minus crederet. Ita, quocumque intenderat, res advorsae erant. Sed inter eas moras repente sese

tal modo sbattuta la nobiltà, dopo molti anni si conferisce il consolato ad un uomo nuovo; e poscia richiesto il popolo da Manlio Mantino tribuno della plebe, chi voleva che facesse guerra contro Giugurta, i più elesser Mario. Il senato avea poco prima decretato la Numidia a Metello: ciò fu indarno.

LXXVII. Nel tempo medesimo Giugurta, perduti gli amici, per la più parte morti da lui, gli altri per paura, chi presso i Romani, chi presso il re Bocco rifuggiti, non potendosi senza ministri far la guerra, e giudicando pericoloso, dopo tanta perfidia de' vecchi, sperimentare la fede di nuovi, stava fra varj pensieri combattuto e ondeggiante: non cosa, non consiglio, non uomo alcuno gli piaceva abbastanza; prese a mutare ogni giorno cammino e prefetti: or contro i nemici, talora muovere pe' deserti; spesso nella fuga riporre speranza, poco dopo nell' armi; star dubbioso, se meno del valore de' suoi si fidasse o della fede. Così dovunque rivolgeva il pensiero, incontrava avversità. Tra queste incertezze eccoti comparire Metello coll' eserci-

Metellus cum exercitu ostendit. Numidae ab Jugurtha pro tempore parati, instructique: dein proelium incipitur. Qua in parte rex pugnae adfuit, ibi aliquamdiu certatum: ceteri omnes ejus milites primo congressu pulsi, fugatique: Romani signorum, et armorum, et aliquanto numero hostium potiti. Nam ferme Numidas in omnibus proeliis magis pedes, quam arma, tuta sunt.

LXXVIII. Ea fuga Jugurtha impensius modo rebus suis diffidens, cum perfugis, et parte equitatus in solitudines, dein Thalam pervenit; id oppidum magnum, et opulentum: ubi plerique thesauri, filiorumque ejus multus pueritiae cultus erat. Quae postquam Metello comperta sunt, quamquam inter Thalam flumenque proxumum, in spatio millium quinquaginta, loca arida, atque vasta esse cognoverat; tamen spe patrandi belli, si ejus oppidi potitus foret, omnis asperitates supervadere, ac naturam etiam vincere adgreditur. Igitur omnia jumenta sarcinis levari jubet, nisi frumento dierum decem: ceterum utres modo,

to. Furono i Numidi da Giugurta secondo il tempo disposti e ordinati; quindi incomincia la battaglia. In quella parte ove trovossi il re, si combattè alquanto: tutti gli altri suoi furono nel primo scontro respinti e fugati. I Romani presero insegne ed armi, nemici pochi; giacchè i Numidi per l' ordinario in ogni battaglia co' piedi si difendono più che coll' armi.

LXXVIII. Giugurta per questa fuga oltre modo delle cose sue diffidando, coi disertori e con parte di cavalleria giunge ne' deserti, quindi a Tala, ricca e grande città, ov' era la maggior parte de' tesori e molti fanciullesch ornamenti de' suoi figliuoli. Le quali cose venute a notizia di Metello, quantunque sapesse fra Tala e il fiume vicino per un tratto di cinquanta miglia essere luoghi aridi e deserti; nulla ostante sperando terminata la guerra, se impadronito si fosse di quella città, s'accinge a sorpassare ogni ostacolo e vincere la natura medesima. Comanda pertanto che si tolga ai giumenti ogni bagaglio, salvo che frumento per dieci giorni, e che si portino otri ed altro da por-

et alia aquae idonea portari. Praeterea conquirit ex agris quam plurimum potest domiti pecoris; eoque inponit vasa cujusque modi, pleraque lignea, collecta ex tuguriis Numidarum. Ad hoc finitimis imperat, qui se post regis fugam Metello dediderant, quam plurimum quisque aquae portaret: diem, locumque, ubi praesto forent, praedicit. Ipse ex flumine, quam proxumam oppido aquam esse supra diximus, jumenta onerat. Eo modo instructus ad Thalam proficiscitur. Deinde, ubi ad id loci ventum, quod Numidis praeceperat; et castra posita, munitaque sunt; tanta repente coelo missa vis aquae dicitur, ut ea modo exercitui satis superque foret. Praeterea commeatus spe amplior: quia Numidae, sicuti plerique in nova deditione, officia intenderant. Ceterum milites, religione, pluvia magis usi, eaque res multum animis eorum addidit; nam rati sese Diis inmortalibus curae esse. Deinde postero die, contra opinionem Jugurthae, ad Thalam perveniunt. Oppidani, qui se locorum asperitate

tar acqua. Inoltre raccoglie dalle campagne nel maggior numero possibile animali domi, e vasi d'ogni maniera vi sovrappone, la più gran parte di legno raccolti ne' tugurj de' Numidi: comanda ai popoli vicini che dopo la fuga del re si erano arresi a Metello, che ciascuno porti più acqua che può: assegna il giorno e il luogo ove avranno a trovarsi pronti. Egli stesso carica i giumenti al fiume che, come sopra dicemmo, era l'acqua più propinqua alla città. Apparecchiato in tal guisa s'incammina per Tala. Dipoi giunto che fu al luogo indicato ai Numidi, e posti e muniti gli alloggiamenti, dicesi caduta repente dal cielo tanta copia d'acqua, che quella sola sarebbe stata all' esercito sufficiente e soverchia. V' ebbe di più vettovaglia oltre la speranza, perchè i Numidi, come per lo più avviene fra gli arresi di fresco, avevano dimostrato gran zelo. Del resto i soldati fecero per religione più uso dell'acqua piovana, e tal cosa accrebbe di molto il loro coraggio, perchè credettero che di loro si prendessero cura gli Dei immortali. Quindi il giorno dopo, contro l'opinione di Giugurta, pervengono a Tala. I terrazzani credutisi al sicuro

munitos crediderant, magna atque insolita re perculsi, nihilo segnius bellum parare: idem nostri facere.

LXXIX. Sed rex nihil jam Metello infectum credens, quippe qui omnia, arma, tela, locos, tempora, denique naturam ipsam, ceteris imperitantem, industria vicerat, cum liberis, et magna parte pecuniae ex oppido noctu profugit; neque postea in ullo loco amplius una die, aut una nocte moratus, simulabat, sese negotii gratia properare; ceterum proditionem timebat, quam vitare posse celeritate putabat. Nam talia consilia per otium et ex obportunitate capi. At Metellus, ubi oppidanos proelio intentos, simul oppidum et operibus, et loco munitum videt, vallo fossaque moenia circumvenit. Deinde jubet locis ex copia maxume idoneis vineas agere: superque eas aggerem jacere, et super aggerem inpositis turribus opus et administros tutari. Contra haec oppidani festinare, parare; prorsus ab utrisque nihil reliquum fieri. Denique Romani, multo

per l'asprezza dei luoghi, furono da sì grande e straordinaria cosa sbalorditi; pure non meno solleciti preparano la guerra: i nostri fanno lo stesso.

LXXIX. Ma il re giudicando niuna cosa essere oggimai a Metello impossibile, siccome quegli che avea coll' industria sua tutto vinto, armi, saette, luoghi, tempi, insomma la natura stessa cui tutti gli altri ubbidiscono; co' figliuoli e con gran parte del danaro fuggì nottetempo dalla città; nè poscia in verun luogo più di un giorno o di una notte sola dimorando, faceva sembiante di darsi fretta per affari, ma avea paura di tradimento, il quale giudicava poter evitare colla celerità; giacchè per siffatte risoluzioni si richiede tempo e opportunità. Ma Metello, veduti i terrazzani applicati alla guerra, ed insieme la città per lavori e per sito munita, cinge le mura di vallo e di fossa. Dipoi comanda che spingano le gallerie ne' luoghi fra tutti i più adattati, e facciano un terrapieno, oltre il quale poste le torri, il lavoro difendano e i lavoranti. I terrazzani all' incontro davansi fretta, apparecchiavansi: nulla insomma da ambe le parti si trascurava. Finalmente i Romani, già prima spossati e per

ante labore, proeliisque fatigati, post dies quadraginta, quam eo ventum erat, oppido modo potiti: praeda omnis a perfugis corrupta. Ii postquam murum arietibus feriri, resque suas adflictas vident, aurum, atque argentum, et alia, quae prima ducuntur, domum regiam comportant: ibi vino, et epulis onerati, illaque, et domum, et semet igni corrumpunt; et quas victi ab hostibus poenas metuerant, eas ipsi volentes pependere. Sed pariter cum capta Thala legati ex oppido Lepti ad Metellum veneraut, orantes uti praesidium, praefectumque eo mitteret: Hamilcarem quemdam, hominem nobilem, factiosum, novis rebus studere; advorsum quem neque imperia magistratuum, neque leges valerent: ni id festinaret, in summo periculo suam salutem, illorum socios fore. Nam Leptitani jam inde a principio belli Jugurthini ad Bestiam consulem, et postea Romam miserant, amicitiam, societatemque rogatum. Deinde, ubi ea impetrata, semper boni, fidelesque mansere, et cuncta a Bestia,

le molte fatiche e per le battaglie, quaranta giorni dal loro arrivo s'impadronirono della città soltanto, poichè tutta la preda fu guasta dai disertori. Com'essi videro percuotersi il muro cogli arieti, e le cose loro senza speranza, portano al reale palagio l'oro, l'argento, e l'altre cose che son tenute in maggior pregio, ed ivi aggravati di vino e di vivande mettono a fiamma e quelle cose e il palagio e sè stessi, pagando spontanei quella pena che, vinti, aveano temuta dagl' inimici. Ma insieme colla presa di Tala dalla città di Lepti erano venuti ambasciadori a Metello, pregandolo che mandasse colà e guarnigione e comandante. Un certo Amilcare, uomo nobile e fazioso, meditar cose nuove: nulla poter contro lui nè imperj di magistrati, nè leggi: se non si affrettasse, in gran pericolo trovarsi la salvezza de' Romani e de' loro confederati. Imperocchè i Leptitani fino dal principio della guerra giugurtina aveano mandato al console Bestia e quindi a Roma a chiedere amicizia ed alleanza. Poscia ottenutala, si erano mantenuti sempre buoni e fedeli, ed aveano diligentemente eseguito tutti gli ordini di Bestia, di

Albino, Metelloque imperata nave fecerant. Itaque ab imperatore facile, quae petebant, adepti. Emissae eo cohortes Ligurum quatuor, et C. Annius praefectus.

LXXX. Id oppidum ab Sidoniis conditum est, quos accepimus profugos ob discordias civilis, navibus in eos locos venisse; ceterum situm inter duas Syrtes, quibus nomen ex re inditum. Nam duo sunt sinus prope in extrema Africa, inpares magnitudine, pari natura: quorum proxuma terrae praealta sunt, cetera, uti fors tulit, alta; alia in tempestate vadosa. Nam ubi mare magnum esse, et saevire coepit ventis, limum, arenamque, et saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutatur: *Syrtes ab tractu nominatae*. Ejus civitatis lingua modo conversa connubio Numidarum: legum, cultusque pleraque Sidonica: quae eo facilius retinebant, quod procul ab imperio regis aetatem agebant. Inter illos, et frequentem Numidiam multi vastique loci erant.

Albino, e di Metello. Ottennero adnnque agevolmente dal generale quanto chiedevano. Furono spedite colà quattro coorti di Liguri, e C. Annio per comandante.

LXXX. Fu quella città fondata dai Sidonj, i quali, fuggiaschi per discordie civili, udimmo essere venuti sulle navi in que' luoghi; è posta fra le due Sirti, alle quali è stato dato il nome dalla cosa stessa: poichè quasi all'estremità dell' Africa avvi due seni di simile natura, diseguali nella grandezza: in vicinanza della terra sono profondissimi: altrove, come porta il caso; e in qualche luogo, quando è tempesta, si può guadare. Imperciocchè quando il mare comincia a esser grosso e sconvolto dai venti, i flutti traggono loto, arena e sassi smisurati: così la forma di quei luoghi si muta col vento. *Furono chiamate Sirti dal tirare*. Nell'imparentarsi coi Numidi cangiossi di quella città soltanto il linguaggio; le leggi e gli usi sono per la più parte Sidonici, e tanto più facilmente eglino li ritenevano, in quanto menavan la vita lontani dall'imperio del re, e tra loro e la Numidia abitata v' eran di mezzo molti e vasti deserti.

LXXXI. Sed, quoniam in has regiones per Leptitanorum negotia venimus, non indignum videtur, egregium, atque mirabile facinus duorum Carthaginiensium memorare; eam rem nos locus admonuit. Qua tempestate Carthaginienses pleraeque Africae imperitabant, Cyrenenses quoque magni, atque opulenti fuere. Ager in medio arenosus, una specie: neque flumen, neque mons erat, qui finis eorum discerneret; quae res eos in magno diuturnoque bello inter se habuit. Postquam utrimque legiones, item classes saepe fusae, fugataeque, et alteri alteros aliquantum adtriverant: veriti, ne mox victos, victoresque defessos alius adgrederetur, per inducias sponsionem faciunt, *uti certo die legati domo proficiscerentur: quo in loco inter se obvii fuissent, is communis utriusque populi finis haberetur*. Igitur Carthagine duo fratres missi, quibus nomen Philaenis erat, maturavere iter pergere: Cyrenenses tardius iere. Id secordiane, an casu acciderit, parum cognovi. Ceterum solet in illis locis tempe-

LXXXI. Ma giacchè le cose de' Leptitani ci condussero in questi luoghi, non sembra fuor di proposito ricordare un egregio fatto e maraviglioso di due Cartaginesi. Il luogo cen fece risovvenire. Nel tempo che i Cartaginesi erano signori della maggior parte dell' Africa, anche i Cirenesi furono grandi e opulenti. Era la campagna che divideali, arenosa, uniforme. Non fiume, non monte che i confini ne distinguesse; la qual cosa li tenne in grande e lunga guerra fra loro. Dappoichè le armate di terra e di mare di ambe le parti furono spesso disfatte e fugate, e gli uni ebbero alquanto sbattuti gli altri, paventando non ben tosto un altro i vinti e i vincitori stanchi assalisse, in tempo di triegua fanno il patto *che il tal giorno i loro deputati si partissero da casa*: *quel luogo nel quale s' incontrassero, si avesse per confine di ambedue i popoli.* Mandati adunque da Cartagine due fratelli chiamati Fileni, diedersi fretta a camminare: i Cirenesi andarono più lentamente. Se ciò avvenisse per pigrizia o per caso, non l' ho saputo bene. Del rimanente suole in que' luoghi la burrasca

stas haud secus, atque in mari retinere. Nam, ubi per loca aequalia, et nuda gignentium ventus coortus arenam humo excitavit, ea magna vi agitata, ora, oculosque inplere solet: ita prospectu inpedito, morari iter. Postquam Cyrenenses aliquanto posteriores se esse vident, et ob rem corruptam domi poenas metuunt; criminari Carthaginienses ante tempus domo digressos; conturbare rem; denique omnia malle, quam victi abire. Sed cum Poeni aliam conditionem, tantummodo aequam, peterent, Graeci optionem Carthaginiensium faciunt, *ut vel illi, quos finis populo suo peterent, ibi vivi obruerentur; vel eadem conditione sese, quem in locum vellent, processuros*: Philaeni, conditione probata, seque, vitamque suam reipublicae condonavere: ita vivi obruti. Carthaginienses in eo loco Philaenis fratribus aras consecravere; aliique illis domi honores instituti. Nunc ad rem redeo.

LXXXII. Jugurtha, postquam, amissa Thala, nihil satis firmum contra Metel-

trattenere non altrimenti che in mare. Poichè, quando per quelle pianure nude di vegetabili levatosi il vento smuove di terra l'arena, quella agitata con gran veemenza suole empiere la bocca e gli occhi, e così, impedita la vista, ritardare il cammino. I Cirenesi, vistisi alquanto addietro e temendo, per l'affare male andato, a casa il gastigo, presero ad accusare i Cartaginesi come partiti da casa prima del tempo, a disturbar la cosa, a voler insomma tutt' altro fuorchè partirsi vinti. E chiedendo i Cartaginesi qualche altro patto, purchè giusto, i Greci rimettono in quelli la scelta *o di essere essi sepolti vivi in quel luogo che chiedessero per confine del popolo loro, o alla condizione medesima andrebbero essi avanti fino a qual luogo volessero*. I Fileni, accettato il partito, sè stessi e la vita loro donarono alla repubblica: così furono sepolti vivi. I Cartaginesi consagrarono in quel luogo are ai fratelli Fileni: a casa furono istituiti per loro altri onori. Or ripiglio la storia.

LXXXII. Giugurta, perduta Tala, niente giudicando essere contro Metello abbastanza

lum putat; per magnas solitudines cum paucis profectus, pervenit ad Gaetulos, genus hominum ferum, incultumque, et eo tempore ignarum nominis Romani. Eorum multitudinem in unum cogit: ac paullatim consuefacit ordines habere, signa sequi, imperium observare, item alia militaria facere. Praeterea regis Bocchi proxumos magnis muneribus, et majoribus promissis ad studium sui perducit: queis adjutoribus regem adgressus, inpellit, uti advorsum Romanos bellum suscipiat. Id ea gratia facilius, proniusque fuit, quod Bocchus initio hujusce belli legatos Romam miserat, foedus, et amicitiam petitum. Quam rem obportunissimam incoepto bello, pauci inpediverant, caeci avaritia, queis omnia honesta, atque inhonesta vendere mos erat. Etiam antea Jugurthae filia Bocchi nupserat. Verum ea necessitudo apud Numidas, Maurosque levis ducitur: quia singuli pro opibus, quisque quam plurimas uxores, denas alii, alii plures habent: sed reges eo amplius. Ita animus multitudine distrahi-

sicuro, partitosi con pochi per immensi deserti perviene ai Getuli, razza d'uomini fiera ed incolta, ed in quel tempo ignara del nome romano. Unisce insieme buon numero di loro, e a poco a poco gli avvezza a stare schierati, seguire le insegne, ubbidire al comando, e a fare gli altri doveri di soldato. Inoltre con gran presenti e con promesse maggiori induce i confidenti del re Bocco a favorire le cose sue; dai quali ajutato, stimolando il re, lo induce ad imprender guerra contro i Romani. Trovollo più facile e più inclinato a ciò, perchè Bocco sul cominciare di questa guerra aveva mandati ambasciatori a Roma chiedendo confederazione e amicizia; la qual cosa opportunissima all'intrapresa guerra avevano impedita pochi ciechi di avarizia che costumavano di ogni onesta e disonesta cosa far traffico. Oltre di che una figliuola di Bocco era già prima fatta sposa di Giugurta; ma questa parentela presso i Numidi e i Mauri è riputata di poco momento, perchè ciascuno a proporzione delle sue ricchezze ha più mogli: chi dieci, chi più; ma i re in numero molto maggiore. Così l'animo è diviso fra la moltitudine:

tur; nullam pro socia obtinet: pariter omnes viles sunt.

LXXXIII. Igitur in locum ambobus placitum exercitus conveniunt: ibi, fide data, et accepta, Jugurtha Bocchi animum oratione accendit: *Romanos injustos, profunda avaritia, communes omnium hostis esse: eamdem illos caussam belli cum Boccho habere, quam secum, et cum aliis gentibus, lubidinem imperitandi, queis omnia regna advorsa sint: tum sese, paullo ante Carthaginienses, item regem Persen, post, uti quisque opulentissumus videatur, ita Romanis hostem fore.* His, atque aliis talibus dictis, ad Cirtam oppidum iter constituunt: quod ibi Q. Metellus praedam, captivosque, et inpedimenta locaverat. Ita Jugurtha ratus, aut capta urbe, operae pretium fore; aut, si Romanus auxilio suis venisset, proelio sese certaturos. Nam callidus id modo festinabat, Bocchi pacem inminuere; ne, moras agitando, aliud, quam bellum, mallet.

niuna tiensi come compagna: son tutte del pari avute a vile.

LXXXIII. Unisconsi adunque gli eserciti in luogo ch'era a grado d'entrambi. Ivi data e ricevuta la fede, Giugurta accende l'animo di Bocco, dicendo: *essere i Romani ingiusti, insaziabilmente avari, nemici comuni di ognuno: aver essi con Bocco la stessa causa di guerra che con sè e colle altre nazioni, l'ingordigia di dominare: tutti quanti i regni esser nemici loro: or sè, poco prima i Cartaginesi, poi il re Perseo: infine come alcuno sembrasse più ricco, lo avrebbono i Romani per inimico*. Dette queste ed altre somiglianti cose, stabiliscono di andare alla città di Cirta, perchè Q. Metello aveva quivi posto il bottino, gli schiavi e i bagagli. Così Giugurta pensò che o prendendosi la città, si otterrebbe prezzo dell'opera; o, se il Romano fosse accorso a soccorrere i suoi, si verrebbe a battaglia. Giacchè l'astuto solo di ciò si dava fretta, per distoglier Bocco dalla pace, affinchè nell'indugiare non iscegliesse altro che guerra.

LXXXIV. Imperator, postquam de regum societate cognovit, non temere, neque uti saepe jam victo Jugurtha consueverat, omnibus locis pugnandi copiam facit: ceterum, haud procul ab Cirta castris munitis, reges opperitur; melius esse ratus, cognitis Mauris, quoniam is novus hostis accesserat, ex commodo pugnam facere. Interim Roma per litteras certior fit, provinciam Numidiam Mario datam. Nam consulem factum ante acceperat. Quibus rebus supra bonum, aut honestum perculsus, neque lacrumas tenere, neque moderari linguam: vir egregius in aliis artibus, nimis molliter aegritudinem pati. Quam rem alii in superbiam vortebant: alii bonum ingenium contumelia accensum esse: multi, quod jam parta victoria ex manibus eriperetur: nobis satis cognitum est, illum magis honore Marii, quam injuria sua excruciatum, neque tam anxie laturum fuisse, si ademta provincia alii, quam Mario, traderetur.

LXXXIV. Poichè Metello riseppe della confederazione dei re, non a caso, nè come, vinto Giugurta, era stato sovente uso di far per l'addietro, dà occasione di combattere in qualunque luogo; ma fortificati gli alloggiamenti aspetta i re non lontano da Cirta; stimando più espediente venire a battaglia con vantaggio dopo aver conosciuti i Mori, giacchè gli s'era aggiunto questo nuovo inimico. Frattanto da lettere di Roma viene assicurato che la provincia di Numidia erasi data a Mario; chè avea già saputo esser egli stato fatto console. Dalle quali cose percosso oltre il giusto e l'onesto, nè tratteneva le lagrime, nè moderava la lingua; quell'uomo egregio per altre qualità con troppa debolezza quest'afflizione tollerava. Chi ciò ascriveva a superbia; chi, all'essersi il suo buon naturale acceso all'affronto; molti, al venirgli strappata di mano la già acquistata vittoria: è a noi abbastanza noto ch'egli più dell'onore di Mario si addolorasse che della propria ingiuria; e che non avrebbe ciò comportato con tanto affanno, se la provincia a lui tolta, ad altri che a Mario fosse stata assegnata.

LXXXV. Igitur eo dolore inpeditus, et quia stultitiae videbatur, alienam rem periculo suo curare, legatos ad Bocchum mittit, postulatum, *ne sine caussa hostis populo Romano fieret: habere eum magnam copiam societatis, amicitiaeque conjungendae, quae potior bello esset; quamquam opibus suis confideret, tamen non debere incerta pro certis mutare; omne bellum sumi facile, ceterum aegerrume desinere: non in ejusdem potestate initium ejus, et finem esse: incipere cuivis etiam ignavo licere; deponi, cum victores velint: proinde sibi, regnoque suo consuleret; neu florentis res suas cum Jugurthae perditis misceret.* Ad ea rex satis placide verba facit; *sese pacem cupere, sed Jugurthae fortunarum misereri: si eadem illi copia fieret, omnia conventura.* Rursus imperator, contra postulata Bocchi, nuncios mittit. Ille probare partim, alia abnuere. Eo modo, saepe ab utroque missis remissisque nunciis, tempus procedere, et

LXXXV. Occupato adunque da questo dolore, e sembrandogli stoltezza col pericolo proprio aver cura delle cose altrui, manda a Bocco ambasciadori a richiedere *che non si facesse il popolo romano inimico senza cagione; aver egli grande agio di stringere confederazione e amicizia, cose da preferirsi alla guerra: abbenchè nelle forze sue confidasse, pure non dovere il certo cangiar con l' incerto: ogni guerra intraprendersi di leggieri, ma a grande stento poi terminarsi: non essere in potere della stessa persona il cominciarla e il finirla: poter ognuno, comechè codardo, cominciarla; finirsi, quando piace al vincitore: inoltre a sè provvedesse ed al suo regno, nè colle ruinate cose di Giugurta le fiorenti sue confondesse.* Rispose il re a queste cose assai placidamente: *bramar la pace, ma aver compassione delle disgrazie di Giugurta; se a questo si desse la facoltà medesima, tutto si accorderebbe.* Il capitano manda di nuovo ambasciadori per rispondere alle richieste di Bocco. Questi alcune cose concede, altre nega. In tal guisa spesso da entrambi mandandosi e rimandandosi gli am-

ex Metelli voluntate bellum intactum trahi.

LXXXVI. At Marius, ut supra diximus, cupientissima plebe consul factus, postquam ei provinciam Numidiam populus jussit, antea jam infestus nobilitati, tum vero multus, atque ferox instare: singulos modo, modo universos laedere: dictitare: *sese consulatum ex victis illis spolia cepisse*; alia praeterea magnifica pro se, et illis dolentia: interim, quae bello opus erant, prima habere: postulare legionibus supplementum: auxilia a populis, et regibus, sociisque arcessere: praeterea ex Latio fortissimum quemque, plerosque militia, paucos fama cognitos accire, et ambiendo cogere homines emeritis stipendiis secum proficisci. Neque illi senatus, quamquam adversus erat, de ullo negotio abnuere audebat: ceterum supplementum etiam laetus decreverat: quia, neque plebi militiam volenti, putabatur, et Marius aut belli usum, aut studium vulgi amissurus. Sed ea res frustra sperata. Tanta

basciadori, passava tempo, e secondo il voler di Metello oziosa si prolungava la guerra.

LXXXVI. Mario poi, come sopra dicemmo, con grandissimo piacer della plebe fatto consolc, avuta ch'ebbe per volere del popolo la provincia di Numidia. infesto com' era ai nobili, allora sì gl' incalzava assiduo e feroce; ora ad uno ad uno gli oltraggiava, or tutt'insieme: andava dicendo *di aver riportato dalla sconfitta loro, come spoglia, il consolato,* e più altre cose per sè pompose, per quelli dolorosissime. Sopra tutto frattanto pensava a quel che occorrea per la guerra: a chiedere supplimento alle legioni, far venire ajuti dai popoli, dai re e dai confederati; chiamar inoltre dal Lazio ogni più valoroso, la maggior parte da lui conosciuti militando, pochi per fama; e con lusinghe indurre i soldati giubilati a partir seco lui. Nè il senato, quantunque gli fosse inimico, osava negargli cosa alcuna: del rimanente aveva anzi volenteroso decretato il supplimento, perchè si stimava che la plebe militasse mal volentieri, e che Mario sarebbe per perdere o l'utile della guerra o il favore del volgo. Ma questa speranza fu va-

lubido cum Mario eundi plerosque invaserat: sese quisque praeda locupletem fore, victorem domum rediturum, alia hujuscemodi animis trahebant: et eos non paullum oratione sua Marius adrexerat. Nam postquam, omnibus, quae postulaverat, decretis, milites scribere vult, hortandi caussa, simul et nobilitatem, uti consueverat, exagitandi; concionem populi advocavit; deinde hoc modo disseruit:

LXXXVII. „ Scio ego, Quirites, ple-
„ rosque non iisdem artibus imperium a
„ vobis petere, et, postquam adepti sunt,
„ gerere: primo industrios, supplices, mo-
„ dicos esse; dehinc per ignaviam, et su-
„ perbiam aetatem agere; sed mihi con-
„ tra videtur. Nam, quo universa respu-
„ blica pluris est, quam consulatus, aut
„ praetura, eo majore cura illam admi-
„ nistrari, quam haec peti debere. Neque
„ me fallit, quantum cum maxumo be-
„ neficio vestro negotii sustineam. Bellum
„ parare, simul et aerario parcere; cogere
„ ad militiam eos, quos nolis offendere;

na : cotanta smania di andar con Mario aveva invasa la maggior parte. Ciascuno rivolgea nel pensiero, come diverrebbe ricco di preda, tornerebbe a casa vittorioso, ed altre cose di tal fatta; e Mario gli avea con una sua arringa non poco eccitati. Imperocchè dopo essere stato decretato quanto avea chiesto, volendo scrivere i soldati, per esortarli insieme e per travagliare, al suo solito, i nobili, chiamò il popolo a parlamento : indi ragionò in questo modo :

LXXXVII. „ So, bene, o Romani, che „ i più non con quelle arti con che i governi vi „ chieggono, ottenuti poi gli amministrano : „ pria diligenti, supplici, modesti; poscia lor „ vita menano infingardi e superbi; ma ben di- „ verso è il parer mio. Imperocchè quanto tut- „ ta la repubblica più vale del consolato e del- „ la pretura, tanto maggiore esser debbe la cu- „ ra nell' amministrar quella che in chieder „ questi. Nè mi è ascosto, in un col beneficio „ vostro grandissimo qual grave peso addossa- „ to io mi sia. Fare apparecchi per la guerra „ e risparmiare insieme l'erario; costringere „ alla milizia chi disgustar non vorresti : di tut-

„ domi, forisque omnia curare; et ea
„ agere inter invidos, occursantes, fa-
„ ctiosos, opinione, Quirites, asperius
„ est. Ad hoc, alii si deliquere, vetus
„ nobilitas, majorum facta fortia, cogna-
„ torum et adfinium opes, multae cliente-
„ lae, omnia haec praesidio adsunt: mihi
„ spes omnes in memet sitae; quas ne-
„ cesse est et virtute, et innocentia tu-
„ tari: nam alia infirma sunt. Et illud
„ intellego, Quirites, omnium ora in me
„ conversa esse; aequos, bonosque fa-
„ vere: quippe benefacta mea reipu-
„ blicae procedunt: nobilitatem locum
„ invadendi quaerere. Quo mihi acrius ad-
„ nitendum est; uti neque vos capia-
„ mini, et illi frustra sint. Ita ad hoc
„ aetatis a pueritia fui, ut omnis labores,
„ pericula, consueta habeam. Quae ante
„ vestra beneficia gratuito faciebam, ea
„ uti, accepta mercede, deseram, non est
„ consilium, Quirites. Illis difficile est in
„ potestatibus temperare, qui per ambi-
„ tionem sese probos simulavere: mihi,

„ to aver cura in casa e fuori; e ciò operare
„ in mezzo a invidiosi, ad avversarj, a fazio-
„ si, cose sono, o Romani, oltre ogni credere
„ difficilissime. Di più, se altri errarono, l'anti-
„ ca nobiltà, le forti gesta degli avi, la potenza
„ de'congiunti e degli affini, le molte clientele,
„ tutto ciò sta in loro difesa: le speranze mie
„ tutte in me solo sono riposte: le quali è forza
„ ch'io sostenga coll'innocenza e colla virtù;
„ giacchè debole sono per le altre cose. E ben
„ comprendo, o Romani, essere gli sguardi di
„ tutti a me rivolti, avere il favore degli uomini
„ giusti e da bene, perchè le mie buone azioni
„ tornano in pro della repubblica; i nobili cer-
„ care occasione di scagliarmisi addosso. Laon-
„ de io debbo, perchè voi non siate ingannati,
„ raddoppiare gli sforzi miei, e i loro far vani.
„ Dalla puerizia fino a questa età vissi in modo
„ che sono avvezzo a tutte le fatiche, a tutti i
„ pericoli. Di trasandare, ottenutone premio,
„ quelle cose che prima del beneficio vostro
„ gratuitamente faceva, non ho in pensiero,
„ o Romani. A quelli è difficile moderarsi ne'
„ governi, che probi si finsero per ambizione;

„ qui omnem aetatem in optumis artibus
„ egi, bene facere jam ex consuetudine
„ in naturam vertit. Bellum me gerere
„ cum Jugurtha jussistis: quam rem nobi-
„ litas aegerrume tulit. Quaeso, reputate
„ cum animis vestris, num id mutari me-
„ lius sit, si quem ex illo globo nobili-
„ tatis ad hoc, aut aliud tale negotium
„ mittatis, hominem veteris prosapiae, ac
„ multarum imaginum, et nullius stipendii;
„ scilicet ut in tanta re ignarus omnium
„ trepidet, festinet, sumat aliquem ex
„ populo monitorem officii sui. Ita ple-
„ rumque evenit; ut, quem vos impe-
„ rare jussistis, is sibi imperatorem alium
„ quaerat.

LXXXVIII. „ At ego scio, Quiri-
„ tes, qui, postquam consules facti sunt,
„ acta majorum, et Graecorum milita-
„ ria praecepta legere coeperint; homi-
„ nes praeposteri. Nam gerere, quam
„ fieri, tempore posterius, re, atque usu
„ prius est. Comparate nunc, Quirites,
„ cum illorum superbia me hominem no-

„ in me, che tutti i miei giorni ho menati fra le
„ ottime arti, il far bene, per l'uso, s'è con-
„ vertito in natura. Voi comandaste ch'io fa-
„ cessi guerra contro Giugurta, ciò che la no-
„ biltà sofferse di malissimo animo. Riflettete
„ di grazia fra voi medesimi, non sia forse me-
„ glio cambiar consiglio, se non abbiate a spe-
„ dire a questa o ad altra somigliante impresa
„ alcuno di quella turba di nobili, che abbiano
„ vecchia prosapia, molte immagini, militato
„ non mai; appunto affinchè in cosa così im-
„ portante, ignaro di tutto, tremi, si affaccen-
„ di, prenda alcuno del popolo che lo ammo-
„ nisca del suo dovere. In tal guisa accade il
„ più delle volte che quegli cui voi ordinaste di
„ comandare, d'altro comandante si provegga.

LXXXVIII. „ Ed io ne conosco, o Ro-
„ mani, che, già fatti consoli, cominciarono
„ a leggere le azioni degli antichi e i precetti
„ militari dei Greci: uomini al rovescio. Poi-
„ chè l'amministrare il consolato è invero po-
„ steriore nel tempo all'esser fatto console, ma
„ in quanto all'esercizio ed alla pratica è an-
„ teriore. Paragonate ora, o Romani, colla

„ vum. Quae illi audire, et legere solent,
„ eorum partem vidi, alia egomet gessi;
„ quae illi litteris, ea ego militando didici.
„ Nunc vos existumate, facta, an dicta
„ pluris sint. Contemnunt novitatem meam,
„ ego illorum ignaviam. Mihi fortuna,
„ illis probra objectantur. Quamquam ego
„ naturam unam, et communem omnium
„ existumo, sed fortissumum quemque ge-
„ nerosissumum. Ac si jam ex patribus
„ Albini, aut Bestiae quaeri posset, me
„ ne, an illos ex se gigni maluerint;
„ quid responsuros creditis, nisi, sese li-
„ beros quam optumos voluisse? Quod si
„ jure me despiciunt; faciant idem majo-
„ ribus suis; quibus, uti mihi, ex vir-
„ tute nobilitas coepit. Invident honori
„ meo: ergo invideant labori, innocentiae,
„ periculis etiam meis: quoniam per haec
„ illum cepi. Verum homines corrupti su-
„ perbia, ita aetatem agunt, quasi vestros
„ honores contemnant; ita hos petunt,
„ quasi honeste vixerint. Nae illi falsi
„ sunt, qui diversissumas res pariter exspe-

„ superbia di costoro me uomo nuovo. Cioc-
„ ch' eglino sono soliti udire o leggere, io in
„ parte vidi, il resto io stesso feci; ciocch' essi
„ su i libri, io appresi fra l'armi: or giudicate
„ voi, se più vagliano i fatti o le parole. Hanno
„ essi a vile in me l'uomo nuovo, io in essi la
„ codardia; a me povertà, ad essi infamie si
„ rinfacciano: sebbene io stimo che una è la
„ natura per tutti eguale, e che il più forte
„ è il più nobile. E se agli avi di Albino o Be-
„ stia potesse addomandarsi, se me piuttosto o
„ quelli avrebbono voluto per figli, che cre-
„ dete risponderebbero, se non che gli ottimis-
„ simi? Che se a ragione disprezzano me, fan-
„ no lo stesso degli avi loro, ne' quali comin-
„ ciò, siccome in me, la nobiltà dalla virtù.
„ Invidiano essi la mia dignità; invidiino altresì
„ le fatiche, l'innocenza, i pericoli miei, poi-
„ chè con queste arti la ottenni. Ma uomini
„ guasti dalla superbia menano così la vita
„ quasi abbiano a vile i vostri onori; così li
„ pretendono quasi sieno onestamente vivuti.
„ Ingannansi forte costoro, se due cose insieme
„ bramano opposte cotanto, il piacere della

„ ctant, ignaviae voluptatem, et praemia
„ virtutis. Atque etiam cum apud vos,
„ aut in senatu verba faciunt, pleraque
„ oratione majores suos extollunt; eorum
„ fortia facta memorando clariores sese
„ putant: quod contra est. Nam, quanto
„ vita illorum praeclarior, tanto horum
„ secordia flagitiosior. Et profecto ita se
„ res habet: majorum gloria posteris quasi
„ lumen est, neque bona eorum, neque
„ mala in occulto patitur. Hujusce rei
„ ego inopiam patior, Quirites. Verum
„ id, quod multo praeclarius est, meamet
„ facta mihi dicere licet. Nunc videte,
„ quam iniqui sint. Quod ex aliena vir-
„ tute sibi adrogant, id mihi ex mea non
„ concedunt: scilicet quia imagines non ha-
„ beo, et quia mihi nova nobilitas est:
„ quam certe peperisse, quam acceptam
„ corrupisse melius est.

LXXXIX. „ Equidem ego non igno-
„ ro, si jam mihi respondere velint,
„ abunde illis facundam, et compositam
„ orationem fore. Sed in maxumo vestro

„ pigrizia, e i premj della virtù. Ed anche
„ quando parlano alla vostra presenza o in se-
„ nato, non fanno in quasi tutto il discorso
„ che magnificar gli avi loro; col rammentarne
„ le forti gesta sè credono più ragguardevoli.
„ Ma la cosa è al contrario. Poichè quanto più
„ luminosa è la vita di quelli, tanto più la dap-
„ pocaggine di questi è colpevole. E certamen-
„ te così va la faccenda. La gloria de' maggiori
„ è ai posteri un lume che non lascia occulti
„ nè i vizj, nè le virtù. Di questo io scarseggio,
„ o Romani. Ma ciò ch'è molto più glorioso,
„ io posso raccontare le imprese mie proprie.
„ Or vedete quanto iniqui sieno. Quel ch'essi
„ si arrogano per la virtù altrui, nol conce-
„ dono a me per la virtù mia: e questo, per-
„ chè non ho immagini perchè nuova è la mia
„ nobiltà; della quale certo è meglio essere
„ stato il creatore, che, avutala in retaggio,
„ esserne il corruttore.

LXXXIX. „ Ed invero non ignoro io già
„ che se rispondere or mi volessero, non man-
„ cherebbero di faconda e di accomodata ora-
„ zione: ma per lo beneficio vostro grandissi-

„ beneficio, cum omnibus locis me, vos-
„ que maledictis lacerent, non placuit
„ reticere: ne quis modestiam in conscien-
„ tiam duceret. Nam me quidem, ex
„ animi mei sententia, laedere nulla ora-
„ tio potest. Quippe vera, necesse est
„ bene praedicet: falsam, vita moresque
„ mei superant. Sed quoniam vestra con-
„ silia accusantur, qui mihi summum ho-
„ norem, et maxumum negotium inposui-
„ stis: etiam atque etiam reputate, num
„ eorum poenitendum sit. Non possum,
„ fidei caussa, imagines, neque triumphos,
„ aut consulatus majorum meorum osten-
„ tare; at, si res postulet, hastas, vexil-
„ lum, phaleras, alia militaria dona, prae-
„ terea cicatrices adverso corpore. Hae
„ sunt meae imagines, haec nobilitas, non
„ haereditate relicta, ut illa illis, sed quae
„ ego meis plurimis laboribus, et peri-
„ culis quaesivi. Non sunt composita verba
„ mea: parvi id facio; ipsa se virtus
„ satis ostendit: illis artificio opus est,
„ ut turpia facta oratione tegant. Neque

„ mo, essendo da loro in ogni luogo con dif-
„ famazioni e io e voi lacerati, non mi piac-
„ que il tacere, acciocchè taluno la mode-
„ stia mia a coscienza di colpa non ascrives-
„ se. Imperciocchè niun discorso, per intima
„ persuasione, può farmi oltraggio: se ve-
„ ro, debbe a forza dir bene; se falso, la
„ vita e i costumi miei gli sovrastanno. Ma
„ accusandosi le risoluzioni vostre, perchè
„ a me addossaste ed onore sommo e peso
„ gravissimo, ponderate ben bene, se cosa sia
„ da pentirsene. Non posso, per sicurtà, nè
„ immagini, nè trionfi, nè consolati d'avi miei
„ ostentare; mostrerò, se bisognerà, aste,
„ stendardi, collane ed altri doni da solda-
„ to; e inoltre cicatrici non brutte. Ecco
„ le mie immagini, ecco la mia nobiltà, non
„ redata, come da essi la loro, ma con mol-
„ te fatiche mie, con molti pericoli pro-
„ cacciata. Non sono ornate le mie paro-
„ le: poco men curo: la virtù da sè stessa
„ si palesa abbastanza. Coloro si hanno me-
„ stieri di artificio onde far velo delle pa-
„ role ai turpi fatti. Nè io appresi lettere

„ litteras Graecas didici. Parum placebat „ eas discere, quippe quae ad virtutem „ doctoribus nihil profuerunt. At illa multo „ optuma reipublicae doctus sum; hostem „ ferire, praesidia agitare, nihil metuere, „ nisi turpem famam; hiemem, et aesta- „ tem juxta pati, humi requiescere; eodem „ tempore inopiam, et laborem tolerare. „ His ego praeceptis milites hortabor: ne- „ que illos arcte colam, me opulenter; „ neque gloriam meam laborem illorum „ faciam. Hoc est utile, hoc civile im- „ perium. Namque, cum tute per mol- „ litiem agas, exercitum supplicio cogere, „ id est dominum esse, non imperato- „ rem. Haec, atque alia majores vestri „ faciundo, seque, et rempublicam cele- „ bravere. Queis nobilitas freta, ipsa dis- „ similis moribus, nos illorum aemulos „ contemnit; et omnis honores non ex „ merito, sed quasi debitos, a vobis repe- „ tit. Ceterum homines superbissumi pro- „ cul errant. Majores eorum omnia, quae „ licebat, illis reliquere, divitias, ima-

„ greche: poco mi piaceva imparar quelle che
„ invero punto giovarono a far valoroso chi ne
„ fu maestro. Altre cose ho imparato bensì di
„ gran lunga migliori per la repubblica: a fe-
„ rire il nemico, a stare in guarnigione, a nul-
„ la temere, tranne vergognosa fama, a sof-
„ ferire egualmente e freddo e caldo, a dormi-
„ re per terra, a tollerare al tempo stesso e fa-
„ me e fatiche. Con questi precetti esorterò io
„ i soldati: nè tratterò loro strettamente, me
„ lautamente; nè le fatiche loro farò gloria
„ mia. Questo è utile, questo è civile imperio.
„ Poichè, mentre tu vivi sicuro fra le mollezze,
„ tenere a freno coi supplicj l' esercito, vuol
„ dire esserne signore non capitano. Queste e
„ somiglianti cose facendo i vostri maggiori,
„ resero famosi e sè stessi e la repubblica: ed
„ a quelli appoggiata la nobiltà, mentre nei
„ costumi non li somiglia, noi disprezza che
„ gli emuliamo, e tutte le dignità non per via
„ di meriti esige da voi, ma come dovute. Del
„ resto quegli uomini superbissimi di gran lun-
„ ga la sbagliano. Gli avi loro ad essi lasciaro-
„ no tutto quel che potevano; ricchezze, imma-

„ gines, memoriam sui praeclaram: vir-
„ tutem non reliquere; neque poterant: ea
„ sola neque datur dono, neque accipitur.

XC. „ Sordidum me, et incultis mo-
„ ribus ajunt; quia parum scite convi-
„ vium exorno; neque histrionem ullum,
„ neque pluris pretii coquum, quam vil-
„ licum, habeo. Quae mihi lubet confi-
„ teri, Quirites. Nam et ex parente meo,
„ et ex aliis sanctis viris ita accepi,
„ munditias mulieribus, viris laborem con-
„ venire, omnibusque bonis oportere plus
„ gloriae, quam divitiarum esse: arma,
„ non supellectilem, decori esse. Quin
„ ergo, quod juvat, quod carum aestu-
„ mant, id semper faciant: ament, po-
„ tent: ubi adulescentiam habuere, ibi
„ senectutem agant, in conviviis, dediti
„ ventri, et turpissimae parti corporis:
„ sudorem, pulverem, et alia talia re-
„ linquant nobis, quibus illa epulis jucun-
„ diora sunt. Verum non est ita. Nam,
„ ubi se omnibus flagitiis dedecorave-
„ re turpissumi viri, bonorum praemia

„ gini e di sè memoria preclara; virtù non la-
„ sciarono, nè potevano: quella sola nè do-
„ nasi, nè ricevesi in dono.

XC. „ Me chiamano sordido e rozzo
„ di costumi, perchè con poc' arte imban-
„ disco un convito, nè ho istrione alcuno, nè
„ cuoco che mi costi più del castaldo. Le qua-
„ li cose confessar mi compiaccio, o Roma-
„ ni: imperocchè da mio padre e da altri san-
„ ti uomini appresi, la dilicatezza convenire
„ alle donne, agli uomini star ben la fatica,
„ e tutti i buoni più di gloria aver bisogno
„ che di ricchezze: l'armi, non la suppellettile,
„ recare splendore. Faccian essi pur dunque
„ sempre ciò che lor piace, ciò ch' hanno in
„ pregio: ammoreggino, beano; ove impie-
„ garono l' adolescenza, ivi passino la vec-
„ chiaja, fra i banchetti, servi del ventre e
„ della più sozza parte del corpo; il sudore,
„ la polvere, e tali altre cose lascino a noi,
„ cui dolci sono più dei conviti. Ma non av-
„ viene in tal guisa. Poichè come d' ogni lor-
„ dura si bruttarono quegl' infamissimi uo-
„ mini, vanno a rapire i premj de' buoni. Co-

„ ereptum erunt. Ita injustissume luxuria, et
„ ignavia, pessumae artes, illis, qui coluere
„ eas, nihil officiunt, reipublicae innoxiae
„ cladi sunt. Nunc, quoniam illis, quantum
„ mei mores, non illorum flagitia posce-
„ bant, respondi; pauca de republica lo-
„ quar. Primum omnium de Numidia bo-
„ num habetote animum, Quirites: nam,
„ quae ad hoc tempus Jugurtham tutata
„ sunt, omnia removistis, avaritiam, inpe-
„ ritiam, superbiam. Deinde exercitus ibi
„ est locorum sciens, sed mehercule magis
„ strenuus, quam felix: nam magna pars
„ ejus avaritia, aut temeritate ducum adtrita
„ est. Quamobrem vos, quibus militaris est
„ aetas, adnitimini mecum, et capessite
„ rempublicam, neque quemquam ex cala-
„ mitate aliorum, aut imperatorum superbia
„ metus ceperit. Egomet in agmine, in proe-
„ lio consultor idem, et socius periculi vo-
„ biscum adero; meque vosque in omnibus
„ rebus juxta geram. Et profecto, diis ju-
„ vantibus, omnia matura sunt, victoria,
„ praeda, laus: quae si dubia, aut procul

„ sì con ingiustizia somma la lussuria e l'igna-
„ via, arti pessime, niun discapito arrecano a
„ chi le pratica, e son l'esterminio della inno-
„ cente repubblica. Or poichè ad essi ho rispo-
„ sto quanto i costumi miei, non i delitti lor ri-
„ chiedevano, poco dirò della repubblica. Pri-
„ ma di tutto intorno alla Numidia state di
„ buon animo, o Romani. Tutto rimoveste ciò
„ ch' ebbe finora Giugurta in sua difesa, a-
„ varizia, ignoranza, superbia. Inoltre colà
„ è un esercito pratico de' luoghi, ma perdio!
„ più bravo che fortunato; poichè dall' avari-
„ zia e dalla temerità dei condottieri fu in gran
„ parte distrutto. Voi pertanto che avete età
„ militare, ai miei congiungete gli sforzi vo-
„ stri, e prendete cura della repubblica. Nè
„ veruno sbigottisca per l' altrui calamità, o
„ per la superbia dei capitani. Io stesso nelle
„ schiere, nelle battaglie sarò con esso voi e
„ consigliere e de' pericoli compagno, e in ogni
„ cosa voi tratterò come me stesso. E certa-
„ mente, se ci ajutino gli Dei, tutto è in pronto,
„ vittoria, preda, laude: le quali cose ov' an-
„ che dubbie fossero o lontane, pure a tutti i

„ essent, tamen omnis bonos reipublicae „ subvenire decet. Etenim ignavia nemo „ inmortalis factus: neque quisquam pa- „ rens liberis, uti aeterni forent, optavit; „ sed magis, uti boni, honestique vitam „ exigerent. Plura dicerem, Quirites, si ti- „ nuidis virtutem verba adderent; nam „ strenuis abunde dictum puto.

XCI. Hujuscemodi oratione habita, Marius postquam plebis animos adrectos videt, propere commeatu, stipendio, armis, aliisque utilibus navis onerat: cum his A. Manlium legatum proficisci jubet. Ipse interea milites scribere, non more majorum, neque ex classibus, sed uti cujusque libido erat, capite censos plerosque. Id factum alii inopia bonorum, alii per ambitionem consulis memorabant; quod ab eo genere celebratus, auctusque erat; et homini potentiam quaerenti egentissumus quisque obportunissumus; cui neque sua curae, quippe quae nulla sunt, et omnia cum pretio honesta videntur. Igitur Marius cum aliquanto majore numero, quam de-

„ buoni si converrebbe di sovvenir la repub-
„ blica. Poichè niuno giammai colla pigrizia
„ sfuggì da morte, e niun padre desiderò che
„ i suoi figliuoli in eterno vivessero, ma bensì
„ che vita menassero buona e onorata. Più di-
„ rei, o Romani, se ai timidi aggiugnessero le
„ parole coraggio; pe' valorosi stimo aver det-
„ to soverchiamente.

XCI. Poichè Mario, fatta questa concione, incoraggiti vide gli animi della plebe, carica in fretta le navi di vettovaglia, soldo, armi ed altre cose utili, e comanda che con esse parta A. Manlio luogotenente. Diedesi egli frattanto ad arrolar soldati, non giusta l'uso de' maggiori, nè per classi, ma secondo il genio di ciascheduno; i più, gente senz'avere. Chi vociferava esser ciò avvenuto per iscarsezza di buoni, chi per ambizione del console; giacchè da quella razza era stato illustrato e ingrandito; e per chi cerca potenza, ogni più bisognoso è il più acconcio, siccome quegli che del suo non ha pensiero, poichè nulla possiede, e tutto, purchè n'abbia guadagno, gli sembra onesto. Mario dunque, partito per l'Africa con numero alquanto mag-

cretum erat, in Africam profectus, paucis diebus Uticam advehitur. Exercitus ei traditur a P. Rutilio legato. Nam Metellus conspectum Marii fugerat; ne videret ea, quae audita animus tolerare nequiverat.

XCII. Sed consul, expletis legionibus, cohortibusque auxiliariis, in agrum fertilem, et praeda onustum proficiscitur. Omnia ibi capta militibus donat: dein castella, et oppida natura, et viris parum munita adgreditur: proelia multa, ceterum alia levia aliis locis facere. Interim novi milites sine metu pugnae adesse: videre fugientis capi, aut occidi; fortissumum quemque tutissimum: armis libertatem, patriam, parentesque, et alia omnia tegi: gloriam, atque divitias quaeri. Sic brevi spatio novi, veteresque coaluere, et virtus omnium aequalis facta. At reges ubi de adventu Marii cognoverunt, diversi in locos difficilis abeunt. Ita Jugurthae placuerat, speranti, mox effusos hostis invadi posse; Romanos, sicuti ple-

giore di quello ch' era stato decretato, in pochi giorni è tratto ad Utica. Gli vien consegnato l' esercito da P. Rutilio luogotenente, poichè Metello avea sfuggito d' incontrarsi con Mario per non veder quelle cose, le quali udendo, non avea potuto l' animo tollerare.

XCII. Ma il console, compiute le legioni e le coorti ausiliarie, s' incammina ad una campagna fertile e abbondante di preda. Quanto ivi si prende, dona ai soldati; quindi assalta castella e città di natura e d' uomini poco munite; attacca qua e là molte zuffe per lo più leggiere. Frattanto i soldati nuovi trovansi senza timor nella pugna: veggono presi o morti i fuggiaschi: ogni fortissimo, più sicuro: coll' armi difendersi libertà, patria, parenti, e tutt' altro; gloria procacciarsi e ricchezze. In tal guisa i vecchi co' nuovi in breve tempo si strinsero; il valore di tutti divenne pari. Ma i re, come seppero la venuta di Mario, sen vanno separati in luoghi di accesso difficile. Era così piaciuto a Giugurta sulla speranza che si potrebbe ben tosto dare addosso agl' inimici sbandati: dover i Romani, siccome ai più avviene, allontanato

rosque, remoto metu laxius, licentiusque futuros.

XCIII. Metellus interea Romam profectus, contra spem suam laetissumis animis excipitur: plebi, patribusque, postquam invidia decesserat, juxta carus. Sed Marius inpigre, prudenterque suorum, et hostium res pariter adtendere: cognoscere, quid boni utrisque, aut contra esset: explorare itinera regum; consilia, et insidias eorum antevenire: nihil apud se remissum, neque apud illos tutum pati. Itaque et Gaetulos, et Jugurtham, ex sociis nostris praedas agentis, saepe adgressus itinere fuderat, ipsumque regem haud procul ab oppido Cirta armis exuerat. Quae postquam gloriosa modo, neque belli patrandi cognovit, statuit urbis, quae viris, aut loco pro hostibus, et advorsum se obportunissumae erant, singulas circumvenire: ita Jugurtham aut praesidiis nudatum iri, si ea pateretur, aut proelio certaturum. Nam Bocchus nuncios ad eum saepe miserat, *velle populi*

il timore, vivere con maggior rilassatezza e licenza.

XCIII. In questo mezzo Metello andato a Roma, è, contro la sua speranza, ricevuto di lietissimo cuore, caro egualmente, essendo spenta l' invidia, alla plebe ed ai padri. Mario poi sollecito e prudente le cose sue e quelle insieme degl' inimici esaminava: sapeva quanto ad ambi giovasse o nocesse: esplorava il cammino dei re, i consigli e le insidie lor preveniva: nulla lasciava presso sè trascurato, nè presso gl'inimici sicuro. Avendo adunque sovente per via assalito e i Getuli e Giugurta che conducevan le prede fatte sopra i nostri confederati, gli avea rotti, e, non lunge dalla città di Cirta, disarmato il re stesso. Le quali cose, poichè conobbe esser di gloria soltanto, ma non dar fine alla guerra, deliberò porre assedio ad una ad una a tutte quelle città che per gente o per sito erano agl' inimici opportunissime e a sè di ostacolo: per tal modo Giugurta o resterebbe spogliato di presidj, se ciò comportasse, o verrebbe a giornata. Imperciocchè Bocco gli avea sovente mandato avvisi, *voler egli l'amicizia del*

Romani amicitiam, ne quid ab se hostile timeret. Id simulaverit ne, quo inprovisus gravior accederet, an mobilitate ingenii pacem, atque bellum mutare solitus, parum exploratum est.

XCIV. Sed consul, uti statuerat, oppida, castellaque munita adire: partim vi, alia metu, aut praemia ostentando, avortere ab hostibus. Ac primo mediocria gerebat, existumans Jugurtham ob suos tutandos in manus venturum. Sed ubi illum procul abesse, et aliis negotiis intentum accepit; majora, et magis aspera adgredi tempus visum est. Erat inter ingentis solitudines oppidum magnum, atque valens, nomine Capsa: cujus conditor Hercules Libys memorabatur. Ejus cives apud Jugurtham immunes, levi imperio, et ob ea fidelissumi habebantur: muniti advorsum hostis non moenibus modo, et armis, atque viris, verum etiam multo magis locorum asperitate. Nam, praeter oppido propinqua, alia omnia vasta, inculta, egentia aquae, infesta ser-

popolo romano; non temesse da lui ostilità. Se ciò simulasse per sopraggiunger più infesto all' improvviso, o per mobilità d' ingegno solito a passar dalla pace alla guerra, si è poco indagato.

XCIV. Ma il console accostavasi, come avea stabilito, alle città e ai castelli fortificati; parte a forza, parte col timore, o facendo pompa di premj, alienavagli dagl'inimici. E da principio in cose mediocri impegnavasi, giudicando che Giugurta per difendere i suoi verrebbe alle mani; ma quando intese esser egli molto lontano e intento ad altro, gli parve tempo d' intraprendere più grandi imprese e più difficili. Era fra immense solitudini una vasta e potente città, nomata Capsa, di cui rammentavasi fondatore Ercole Libio. I cittadini di lei erano sotto Giugurta immuni di pesi, con dolce governo, e perciò fedelissimi: muniti contro i nemici non solo di mura e d'armi e d' uomini, ma anche molto di più dell' asprezza dei luoghi; poichè, tranne le vicinanze della città, tutto il resto è deserto, incolto, povero d' acqua, infestato dai serpenti, de' quali, co-

pentibus: quarum vis, sicuti omnium ferarum, inopia cibi acrior: ad hoc, natura serpentium ipsa perniciosa, siti magis, quam alia re accenditur. Ejus potiundi Marium maxuma cupido invaserat, cum propter usum belli, tum quia res aspera videbatur: et Metellus oppidum Thalam magna gloria ceperat, haud dissimiliter situm, munitumque: nisi quod apud Thalam non longe a moenibus aliquot fontes erant: Capsenses una modo, atque ea intra oppidum jugi aqua, cetera pluvia utebantur. Id ibique, et in omni Africa, quae procul a mare incultius agebat, eo facilius tolerabatur, quia Numidae plerumque lacte, et ferina carne vescebantur, neque salem, neque alia irritamenta gulae quaerebant. Cibus illis adversum famem, atque sitim, non libidini, neque luxuriae erat.

XCV. Igitur consul, omnibus exploratis, credo Diis fretus, nam contra tantas difficultates consilio satis providere non poterat: quippe etiam frumenti inopia ten-

me di tutte le fiere, nella scarsezza di cibo la forza è più veemente; oltre di che la natura dei serpenti perniciosa per sè medesima, più per la sete si accende che per tutt'altro. Era Mario invaso da smania grandissima d'impadronirsene, tanto per utile della guerra, quanto perchè rassembrava cosa difficile, e Metello avea con somma gloria presa la città di Tala non diversamente situata e munita, eccetto che presso Tala non lungi dalle mura v'erano alquante fonti, e i Capsesi n'avevan soltanto una perenne e quella entro la città; tutti gli altri servivansi d'acqua piovana. E quivi e in tutti que' luoghi d'Africa ove per esser lungi dal mare viveasi più rozzamente, tolleravasi ciò più di leggieri, perchè la maggior parte de' Numidi nutrivansi di latte e di carne salvaggina, nè cercavano sale o altri solletichi della gola. Il cibo serviva loro contro la fame e la sete, non già a diletto, nè a lusso.

XCV. Il console adunque, com'ebbe tutto scandagliato, fidando, credo, negli Dei, giacchè a tante difficoltà non poteva abbastanza provveder col consiglio, tanto più che pur correa pe-

tabatur, quod Numidae pabulo pecoris magis, quam arvo, student, et, quodcumque natum fuerat, jussu regis in loca munita contulerant: ager autem aridus, et frugum vacuus ea tempestate: nam aestatis extremum erat; tamen pro rei copia satis providenter exornat: pecus omne, quod superioribus diebus praedae fuerat, equitibus auxiliariis agendum adtribuit: A. Manlium legatum cum cohortibus expeditis ad oppidum Laris, ubi stipendium, et commeatum locaverat, ire jubet: dicitque se praedabundum post paucos dies eodem venturum. Sic incoepto suo occultato, pergit ad flumen Tanam.

XCVI. Ceterum in itinere quotidie pecus exercitui per centurias, item turmas aequaliter distribuerat; et, ex coriis utres uti fierent, curabat: simul et inopiam frumenti lenire, et ignaris omnibus, parare, quae mox usui forent: denique sexto die, cum ad flumen ventum est, maxuma vis utrium effecta. Ibi castris levi munimento positis, milites cibum

ricolo di mancar di grano, perchè i Numidi più al pascolo del bestiame si applicano che alla coltivazione, e tutto in luoghi fortificati avean per ordine del re raccolto ciocch' era nato; arida poi era la campagna e nuda di biade, essendo sul finir dell'estate; pure si apparecchia con provvidenza bastante per quello stato di cose: ai cavalli ausiliarj dà a condurre tutto il bestiame predato ne' giorni addietro: comanda che A. Manlio luogotenente vada colle coorti leggiere alla città di Lari, ove locato áveva il soldo e la vettovaglia, e dice che là sarebbe per venire in breve egli stesso ricco di preda. In tal guisa occultata la sua intrapresa, s' incammina al fiume Tana.

XCVI. Inoltre aveva ogni dì tra via distribuito ugualmente il bestiame all' esercito per centurie come per torme, e preso cura che de' cuoi si facessero otri, e insieme per rattemperare la scarsezza del grano, e per preparare celatamente ciò di che tosto gli farebbe mestieri. Finalmente il sesto giorno avevano già fatti, al lor giungere al fiume, otri in gran copia. Ivi piantato il campo con lieve fortificazione co-

capere, atque, uti simul cum occasu solis egrederentur, paratos esse jubet; omnibus sarcinis abjectis, aqua modo seque, et jumenta onerare. Dein, postquam tempus visum, castris egreditur: noctemque totam itinere facto, consedit: idem proxuma facit. Dein tertia multo ante lucis adventum pervenit in locum tumulosum, ab Capsa non amplius duum millium intervallo: ibique, quam occultissume potest, cum omnibus copiis opperitur. Sed, ubi dies coepit; et Numidae nihil hostile metuentes, multi oppido egressi; repente omnem equitatum, et cum his velocissimos pedites cursu tendere ad Capsam, et portas obsidere jubet: deinde ipse intentus propere sequi, neque milites praedari sinere. Quae postquam oppidani cognovere; res trepidae, metus ingens, malum inprovisum, ad hoc pars civium extra moenia in hostium potestate; coëgere, uti deditionem facerent. Ceterum oppidum incensum: Numidae puberes interfecti: alii omnes venumdati: praeda militibus divisa. Id facinus contra jus belli non

manda ai soldati che prendan cibo e sian pronti alla partenza sul tramontar del sole; che gettato ogni bagaglio, sè carichino e i giumenti d'acqua soltanto. Indi, quando gli parve tempo, esce dagli alloggiamenti, e dopo aver camminato tutta la notte, fa alto: lo stesso la notte vegnente: finalmente la terza giunge prima dell'alba in un luogo monticelloso, non oltra due miglia lontano da Capsa, ed ivi quanto più può occultamente con tutti i suoi si trattiene. Ma come si fe' giorno, e i Numidi, nulla temendo di ostile, usciti furono in buon numero dalla città, impone che all' improvviso tutti i cavalli e con loro i fanti più veloci difilino a Capsa e delle porte s'impadroniscano: quindi egli attento li siegue d' appresso, nè permette che i soldati faccian bottino. Di che accortisi i terrazzani, l'incertezza delle cose, lo spavento stragrande, l'impensata disgrazia, inoltre l'essere una parte dei cittadini fuor delle mura in potestà del nemico, li costrinse ad arrendersi. Per altro la città fu arsa, i Numidi giovani uccisi, tutti gli altri venduti, la preda divisa ai soldati. Tal fatto, contrario ai diritti della guerra, non avvenne per

avaritia, neque scelere consulis admissum; sed quia locus Jugurthae obportunus, nobis aditu difficilis: genus hominum mobile, infidum, ante neque beneficio, neque metu coercitum.

XCVII. Postquam tantam rem Marius sine ullo suorum incommodo patravit; magnus, et clarus antea, major, atque clarior haberi coepit: omnia non bene consulta in virtutem trahebantur. Milites modesto imperio habiti, simul et locupletes, ad coelum ferre: Numidae, magis, quam mortalem, timere: postremo omnes socii, atque hostes credere, illi aut mentem divinam esse, aut Deorum nutu cuncta portendi. Sed consul, ubi ea res bene evenit, ad alia oppida pergit: pauca, repugnantibus Numidis, capit: plura, deserta propter Capsensium miserias, igni corrumpit: luctu, atque caede omnia complentur. Denique multis locis potitus, ac plerisque exercitu incruento, aliam rem adgreditur, non eadem asperitate, qua Capsensium, ceterum haud seeus difficilem. Namque haud longe a flumine

avarizia, nè per iscelleratezza del console, ma perchè era il sito a Giugurta opportuno, a noi di accesso difficile: quella razza d' uomini, volubile, infedele, nè da beneficj, nè da timor raffrenata.

XCVII. Posciachè Mario senz' alcun danno de' suoi ebbe compiuta impresa sì rilevante, di grande e chiaro per l' addietro cominciò ad essere e più grande riputato e più chiaro. Tutte le cose non ben ponderate ascrivevansi a virtù. Il soldato, retto con moderazione e insieme arricchito innalzavalo al cielo: temeanlo i Numidi più ch' uom mortale: tutti infine gli alleati e i nemici credevano o che in lui fosse mente divina, o che tutto gli fosse vaticinato per cenno degli Dei. Ma il console, riuscita bene quest' impresa, passa ad altre città; poche ne prende, contrastanti i Numidi: molte altre, deserte per le calamità de' Capsesi, distrugge col fuoco: tutto è pieno di lutto e strage. Finalmente insignoritosi di molti luoghi, e per lo più senza sangue de' suoi, ad altra impresa si accinge non aspra quanto quella de' Capsesi, ma non meno difficile. Imperciocchè non lontano dal fiume

Muluchae, quod Jugurthae, Bocchique regnum disjungebat, erat inter ceteram planiciem mons saxeus, mediocri castello, satis patens, in immensum editus, uno perangusto aditu relicto: nam omnis natura, velut opere, atque consulto, praeceps. Quem locum Marius, quod ibi regis thesauri erant, summa vi capere intendit: sed ea res forte, quam consilio, melius gesta. Nam castello virorum, atque armorum satis magna vis, et frumenti, et fons aquae; aggeribus, turribusque, et aliis machinationibus locus inportunus: iter castellanorum angustum admodum, utrimque praecisum: vineae cum ingenti periculo frustra agebantur. Nam cum eae paullo processerant, igni, aut lapidibus corrumpebantur: milites neque pro opere consistere, propter iniquitatem loci; neque inter vineas sine periculo administrare: optumus quisque cadere, aut sauciari; ceteris metus augeri.

XCVIII. At Marius, multis diebus, et laboribus consumtis, anxius trahere cum

Molucca, che divideva il regno di Giugurta da quello di Bocco, era nel mezzo della pianura una montagna di pietra con mediocre castello, assai apparente, d'immensa altezza, senz'altro accesso che d'un solo angustissimo sentiero, essendo da ogni lato scoscesa per natura quasi ad arte e a disegno. Il qual luogo Mario, per esser ivi i tesori del re, tentò di prendere con ogni sforzo; ma tal cosa gli venne fatta più per caso che per consiglio. Imperciocchè aveva il castello forza bastante in uomini e in armi, e frumento e sorgente d' acqua; ad argini, torri ed altri strumenti bellici luogo disadatto; la via de' castellani stretta oltramodo; e quinci e quindi dirupi: le gallerie si appressavano con pericolo grandissimo, senza pro; poichè, quando erano un poco inoltrate, venivano dal fuoco e da' sassi distrutte: i soldati nè poteano per la malagevolezza del sito fermarsi presso i lavori, nè fra le gallerie operar senza rischio: ogni più prode è ucciso o ferito: negli altri cresce il timore.

XCVIII. Mario poi perduti molti giorni e fatiche, rivolgeva affannoso in cuor suo, se

animo suo, omitteret ne inceptum, quoniam frustra erat; an fortunam opperiretur; qua saepe prospere usus fuerat. Quae cum multos dies, noctesque aestuans agitaret, forte quidam Ligus, ex cohortibus auxiliariis miles gregarius, castris aquatum egressus, haud procul ab latere castelli, quod advorsum proeliantibus erat, animadvertit inter saxa repentes cochleas: quarum cum unam, atque alteram, dein plures peteret, studio legundi; paullatim prope ad summum montis egressus est. Ubi postquam solitudinem intellexit; more humanae cupidinis, ignara visundi animum vortit. Et forte in eo loco grandis ilex coaluerat inter saxa, paullulum modo prona, deinde inflexa, atque aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert: cujus ramis modo, modo eminentibus saxis nisus Ligus, castelli planiciem perscribit; quod cuncti Numidae intenti proeliantibus aderant. Exploratis omnibus, quae mox usui fore ducebat, eadem regreditur, non temere, uti escenderat, sed tentans omnia,

avesse ad abbandonar l'impresa, giacch'era vana, o star aspettando la fortuna che sovente gli venne in acconcio. Alle quali cose con ismania più dì e notti ripensando, a caso un certo Ligure, semplice soldato delle coorti ausiliarie, uscito dal campo per acqua, non lontano dal lato del castello ch'era opposto ai combattenti, avvertì alcune chiocciole che si arrampicavan tra' sassi, delle quali prendendo una ed altra, indi molte, essendo a ciò tutto intento, venne a poco a poco a riuscire quasi alla cima della montagna, ove, avvistosi non v'esser persona, s' invogliò, secondo il costume del genio umano, di veder cose non conosciute. E per avventura in quel luogo era nata tra i sassi una grand' elce, prima alquanto piegata in giù, dipoi rivolta e cresciuta in alto come porta la natura di tutte le piante; ai cui rami or attenendosi il Ligure, or ai sassi sporgenti in fuori, giunge a por mente alla pianura del castello: giacchè tutti i Numidi badavano ai combattenti. Ben osservato quanto giudicava dovergli presto esser d'uso, ritornò per la stessa via, non inconsideratamente com'era salito, ma ogni cosa tentando

et circumspiciens. Itaque Marium propere adit: acta edocet: hortatur, *ab ea parte, qua ipse escenderat, castellum tentet: pollicetur sese itineris periculique ducem.* Marius cum Ligure, promissa ejus cognitum ex praesentibus misit: quorum, uti cujusque ingenium erat, ita rem difficilem, aut facilem nunciavere. Consulis animus tamen paullum adrectus. Itaque ex copia tubicinum, et cornicinum, numero quinque quam velocissumos delegit, et cum his, praesidio qui forent, quatuor centuriones: omnisque Liguri parere jubet: et ei negotio proxumum diem constituit.

XCIX. Sed ubi ex praecepto tempus visum; paratis, compositisque omnibus, ad locum pergit. Ceterum illi, qui centuriis praeerant, praedocti ab duce, arma, ornatumque mutaverant, capite, atque pedibus nudis, uti prospectus, nisusque per saxa facilius fŏret: super terga gladii, et scuta; verum ea Numidica ex coriis, ponderis gratia; simul et offensa, quo levius streperent. Igitur praegrediens Ligus,

ed esaminando all'intorno. Recasi quindi sollecito da Mario, lo informa del fatto, lo esorta *a tentare il castello da quel lato, ond'era disceso; sè offre per guida nella via e nel pericolo*. Mario spedisce col Ligure alcun degli astanti per riconoscerne le promesse: ciascuno d'essi riferì la cosa difficile o facile secondo il suo naturale. Pure il console alquanto si rincorò. Sceglie pertanto cinque de' più agili e destri fra i sonatori di tromba e di corno, e con loro quattro centurioni per presidio: comanda che tutti ubbidiscano al Ligure, e determina per questo affare il dì vegnente.

XCIX. Or quando, secondo l'ordine, parve tempo, apparecchiate e disposte tutte le cose, a quel verso incamminasi. Coloro per altro che comandavano alle centurie, dianzi avvertiti dalla guida, aveano cangiate armi ed abbigliamenti: capo e piedi nudi, acciò più agevole fosse il guardare e il salir su per lo scoglio; sul dorso spade e scudi, ma questi di cuojo alla Numida e per amor del peso, ed insieme acciocchè urtati facessero meno strepito. Sicchè il Ligure andando avanti stringea con lacci i sassi e le

saxa, et si quae vetustate radices eminebant, laqueis vinciebat, quibus adlevati milites facilius escenderent, interdum timidos insolentia itineris levare manu: ubi paullo asperior adscensus erat, singulos prae se inermos mittere; deinde ipse cum illorum armis sequi: quae dubia nisui videbantur, potissumum tentare: ac saepius eadem adscendens, descendensque, dein statim digrediens, ceteris audaciam addere. Igitur diu, multumque fatigati, tandem in castellum perveniunt, desertum ab ea parte; quod omnes, sicuti aliis diebus, advorsum hostes aderant. Marius, ubi ex nunciis, quae Ligus egerat, cognovit; quamquam tota die intentos proelio Numidas habuerat, tum vero cohortatus milites, et ipse extra vineas egressus testudine acta succedere, et simul hostem tormentis, sagittariisque, et funditoribus eminus terrere. At Numidae, saepe antea vineis Romanorum subversis, item incensis, non castelli moenibus sese

radici, se ve n' erano, che per vecchiaja sporgessero in fuori, onde a quelli attenendosi i soldati ascendessero più facilmente: talora gl'intimoriti dalla strana via sollevava colla mano: laddove la salita era alquanto più aspra, mandavali innanzi disarmati ad uno ad uno: quindi egli seguivali colle loro armi. Que' luoghi che parevano pericolosi al sostegno, tentavali il primo, ed ivi spesso montando e scendendo, dipoi subito scostandosi, faceva anche gli altri più audaci. Dopo lunga e grave fatica giungono pur alla fine al castello, deserto da quella parte, perchè tutti, come gli altri giorni, stavano a fronte degl' inimici. Poichè Mario riseppe dai messaggi quanto il Ligure avea fatto, con tutto che avesse tenuti i Numidi tutto il giorno occupati a combattere, allor sì che esortati i suoi, ed uscendo egli stesso fuor delle gallerie, formata una testuggine si facea avanti, e al tempo stesso da lontano colle macchine, co' saettatori e co' frombolieri l' inimico atterriva. Ma i Numidi avendo spesso per l' addietro rovesciate e talora incendiate le gallerie de' Romani, non si riparavano entro le mura del castello,

tutabantur; sed pro muro dies, noctesque agitare: maledicere Romanis, ac Mario vecordiam objectare; militibus nostris Jugurthae servitium minari; secundis rebus feroces esse. Interim, Romanis omnibus, hostibusque proelio intentis, magna utrimque vi, pro gloria atque imperio his, illis pro salute certantibus, repente a tergo signa canere: ac primo mulieres, et pueri, qui visum processerant, fugere; deinde, uti quisque muro proxumus erat, postremo cuncti armati, inermesque. Quod ubi accidit, eo acrius Romani instare, fundere, ac plerosque tantummodo sauciare, dein super occisorum corpora vadere, avidi gloriae certantes murum petere; neque quemquam omnium praeda morari. Sic forte correcta Marii temeritas, gloriam ex culpa invenit.

C. Ceterum, dum ea res geritur, L. Sulla quaestor cum magno equitatu in castra venit: qui, uti ex Latio, et a sociis exercitum cogeret, Romae relictus erat. Sed

ma giorno e notte erano in moto al di fuori, svillaneggiavano i Romani, tacciavan Mario di follìa, minacciavano ai soldati nostri schiavitù sotto Giugurta; eran feroci nelle prosperità. Frattanto, mentre i Romani e i nemici stavano tutti intenti alla pugna, combattendosi con grand' impeto da ambe le parti, questi per la gloria e per l'imperio, quelli per la vita, ecco all'improvviso suonare a tergo le trombe. E prima si danno a fuggire le femmine e i fanciulli, che s'erano accostati a vedere; quindi ciascuno, quanto era più prossimo alla muraglia: infine tutti quanti e gli armati e gl'inermi. Il che avvenuto i Romani più fieri incalzano, sbaragliano, e per lo più soltanto feriscono, poscia si avanzano sopra i cadaveri degl' inimici, ardenti di gloria, gareggiando di salir su le mura, nè pur un solo fra tutti trattenendosi a depredare. In tal guisa corretta dal caso la temerità di Mario, da un errore ritrasse gloria.

C. Or mentre si fa quest' impresa, giunge in campo con molti cavalli L. Silla questore, che era rimasto a Roma per raccoglierli dal Lazio e dai confederati. Ma giacchè il fatto ci

quoniam nos tanti viri res admonuit; idoneum visum est, de natura, cultuque ejus paucis dicere. Neque enim alio loco de Sullae rebus dicturi sumus: et L. Sisenna optume, et diligentissume omnium, qui eas res dixere, persecutus, parum mihi libero ore locutus videtur. Igitur Sulla gentis patriciae nobilis fuit, familia prope jam exstincta majorum ignavia, litteris Graecis, atque Latinis juxta, atque doctissume eruditus, animo ingenti, cupidus voluptatum, sed gloriae cupidior: otio luxurioso esse; tamen ab negotiis numquam voluptas remorata, nisi quod de uxore potuit honestius consuli: facundus, callidus, et amicitia facilis: ad simulanda negotia altitudo ingenii incredibilis: multarum rerum, ac maxume pecuniae largitor: atque, felicissumò omnium ante civilem victoriam, numquam super industriam fortuna fuit: multique dubitavere, fortior, an felicior esset. Nam, postea quae fecerit, incertum habeo, pudeat magis, an pigeat disserere.

rammentò un tanto uomo, ci parve espediente ragionare brevemente della sua natura e de' suoi costumi, perocchè delle cose di Silla non siamo per dirne altrove, e L. Sisenna, il quale ne scrisse meglio e più accuratamente di quanti altri trattarono questa materia, sembrami che n'abbia parlato con poco libera favella. Silla dunque fu nobile, di stirpe patrizia, di famiglia quasi obbliata per dappocaggine de' maggiori; ammaestrato del pari e profondamente nelle lettere greche e latine; di animo grandissimo, vago de' piaceri, ma più di gloria. Era lussurioso nell'ozio; non mai però i piaceri lo distolsero dagli affari, eccetto che rispetto alla moglie potea prendere più onorato consiglio: facondo, accorto e facile nell' amicizia: per simular negli affari d' ingegno incredibilmente cupo: liberale di molte cose e massimamente del danaro: ed essendo stato prima della vittoria civile sopra ogni altro felicissimo, la fortuna non fu mai maggior dell'industria, e molti dubitarono, se più forte fosse o più fortunato. Imperciocchè di quanto fece dappoi, sono incerto se più mi vergogni o m' incresca di ragionarne.

CI. Igitur Sulla, uti supra dictum est, postquam in Africam, atque in castra Marii cum equitatu venit, rudis antea, et ignarus belli, sollertissumus omnium in paucis tempestatibus factus est. Ad hoc milites benigne adpellare: multis rogantibus, aliis per se ipse dare beneficia, invitus accipere; sed ea properantius, quam aes mutuum, reddere; ipse ab nullo repetere: magis id laborare, ut illi quam plurimi deberent: joca atque seria cum humillumis agere: in operibus, in agmine, atque ad vigilias multus adesse: neque interim, quod prava ambitio solet, consulis, aut cujusquam boni famam laedere: tantummodo neque consilio, neque manu priorem alium pati; plerosque antevenire. Quibus rebus, et artibus brevi Mario, militibusque carissumus factus.

CII. At Jugurtha, postquam oppidum Capsam, aliosque locos munitos, et sibi utilis, simul et magnam pecuniam amiserat; ad Bocchum nuncios mittit, quam primum in Numidiam copias adduceret: proelii

CI. Silla dunque, come si è detto di sopra, venuto che fu colla cavalleria in Africa e al campo di Mario, di inesperto per l'addietro e ignaro di guerra fecesi in poco tempo il più destro di tutti. Inoltre dirigevasi ai soldati amorevolmente: facea benefizj a molti, pregato; ad altri spontaneo; ricevevane di mala voglia, e quelli, più sollecito che se fosse denaro prestatogli, restituiva: egli poi da niuno ridomandavane, piuttosto studiavasi di obbligare quanti più potea: trattava co' più bassi e di cose scherzevoli e di gravi: ai lavori, alle ordinanze, alle guardie trovavasi frequentemente; nè frattanto, come suole la prava ambizione, offendeva la fama del console o di altro buono; non sosteneva solo che altri lo avanzasse in senno e in valore; ei superava la maggior parte. Per le quali cose ed arti divenne in breve carissimo a Mario e ai soldati.

CII. Ma Giugurta, poich'ebbe perduta la città di Capsa ed altri luoghi fortificati e a sè utili, ed insieme gran quantità di danaro, manda ad avvisar Bocco che quanto prima conduca le truppe in Numidia: esser giunto il tempo di

faciundi tempus adesse. Quem ubi cunctari accepit, dubium belli, atque pacis rationes trahere: rursus, uti antea, proxumos ejus donis corrumpit: ipsique Mauro pollicetur Numidiae partem tertiam, si aut Romani Africa expulsi, aut, integris suis finibus, bellum compositum foret. Eo praemio inlectus Bocchus, cum magna multitudine Jugurtham adcedit. Ita, amborum exercitu conjuncto, Marium jam in hiberna proficiscentem, vix decima parte die reliqua invadunt, rati noctem, quae jam aderat, victis sibi munimento fore; et si vicissent, nullo impedimento, quia locorum scientes erant: contra Romanis utrumque casum in tenebris difficiliorem fore Igitur simul consul ex multis de hostium adventu cognovit: et ipsi hostes aderant: et prius quam exercitus aut instrui, aut sarcinas colligere, denique, antequam signum, aut imperium ullum accipere quivit, equites Mauri, atque Gaetuli, non acie, neque ullo more proelii, sed catervatim, uti quosque fors

venire a battaglia. E poichè intese ch' egli temporeggiava e stava sospeso fra' pensieri di pace e di guerra, di nuovo, come altra volta, corrompe co' doni i suoi confidenti e a lui stesso promette un terzo della Numidia, se o i Romani fossero stati cacciati d' Affrica, o si finisse la guerra, restando intatti i suoi confini. Da questo premio adescato Bocco, sen va a Giugurta con armata numerosissima. In tal modo unitisi entrambi gli eserciti assaltano Mario che già partiva verso i quartieri d' inverno, mentre appena vi restava una decima parte del giorno, stimando che la notte oramai vicina sarebbe stata per loro, se vinti, di riparo, se vincitori di niun impedimento per esser pratici de' luoghi; al contrario pe' Romani l' uno e l'altro avvenimento sarebbe nelle tenebre più disastroso. Seppe adunque il console da molti la venuta degl' inimici nel punto che gl' inimici stessi giungevano, e prima che l' esercito potesse ordinarsi o ragunare i bagagli, prima in somma che potesse aversi alcun segno o comando, i cavalli mori e getuli non ischierati o con alcun ordine di battaglia, ma in frotta come gli aveva am-

conglobaverat, in nostros incurrunt. Qui omnes trepidi inproviso metu, ac tamen virtutis memores, aut arma capiebant, aut capientis alios ab hostibus defensabant: pars equos escendere, obviam ire hostibus: pugna latrocinio magis, quam proelio similis fieri: sine signis, sine ordinibus, equites pedites permisti; caedere alios, alios obtruncare: multos, contra adversos acerrume pugnantes ab tergo circumvenire: neque virtus, neque arma satis tegere; quia hostes numero plures, et undique circumfusi erant. Denique Romani veteres, novique, et ob ea scientes belli, si quos locus, aut casus conjunxerat, orbes facere: atque ita ab omnibus partibus simul tecti, et instructi, hostium vim sustentabant.

CIII. Neque in eo tam aspero negotio Marius territus, aut magis, quam antea, demisso animo fuit; sed cum turma sua, quam ex fortissumis magis, quam familiarissimis paraverat, hucari passim; ac modo laborantibus suis succurrere,

mucchiati la sorte, corrono addosso ai nostri. I quali tutti tremanti per l'improvviso spavento, ma ricordevoli tuttavia del loro valore, o davan di piglio all'armi, o gli altri che le pigliavano, difendeano dagl' inimici: parte montava a cavallo e andava incontro agli avversarj: faceasi una zuffa più a ladroneccio simile che a battaglia: senza insegne, senz'ordine, cavalieri e fanti alla rinfusa: chi è ferito, chi trucidato: molti, nel pugnar fieramente contro chi stava di fronte, erano alle spalle attorniati: nè il valore, nè l'armi bastavano alla difesa per essere i nemici in maggior numero e sparsi per ogni lato. Infine i Romani, se talora il luogo o il caso univa insieme veterani con nuovi, resi anche questi pratici di guerra, facean circoli, e in tal guisa unitamente da ogni lato difesi e schierati l'impeto sosteneano dell' inimico.

CIII. Nè in sì aspro cimento fu Mario sbigottito o di animo men fermo che prima; ma colla sua torma scelta non tra i più familiari, bensì tra i fortissimi, trascorreva qua e là, ed or soccorreva chi de' suoi stava in pericolo, or percuoteva il nemico ove più cal-

modo hostis, ubi confertissumi obstiterant, invadere: manu consulere militibus, quoniam imperare conturbatis omnibus non poterat. Jamque dies consumtus erat, cum tamen barbari nihil remittere: atque, uti reges praeceperant, noctem pro se rati, acrius instare. Tum Marius ex copia rerum consilium trahit; atque, uti suis receptui locus esset, collis duos propinquos inter se occupat. Quorum in uno, castris parum amplo, fons aquae magnus erat: alter usui obportunus, quia magna parte editus, et praeceps; pauca munimento egebat. Ceterum apud aquam Sullam cum equitibus noctem agitare jubet. Ipse paullatim dispersos milites, neque minus hostibus conturbatis, in unum contrahit: dein cunctos pleno gradu in collem subducit. Ita reges, loci difficultate coacti, proelio deterrentur; neque tamen suos longius abire sinunt, sed, utroque colle multitudine circumdato effusi consedere. Dein, crebris ignibus factis, plerumque noctis barbari more suo laetari, exsultare,

cato facea fronte; provvedeva ai soldati col braccio, giacchè nell' universale scompiglio nol potea col comando. Ed era già finito il giorno, nè i barbari tuttavia rallentavano punto, e, secondo l'ordine dei re, giudicando che fosse la notte a lor favorevole, più fieri incalzavano. Allora Mario trae dalle circostanze consiglio; e, affinchè a' suoi non mancasse luogo a ritirata, occupa due colli tra sè propinqui; nell'uno di questi, poco ampio per accamparvi, era una gran fontana: era l' altro opportuno al bisogno, perchè essendo in gran parte alto e scosceso, di poco per munirlo facea mestieri. Inoltre comanda che Silla colla cavalleria passi la notte presso alla fontana. Egli a poco a poco aduna i soldati dispersi, giacchè non erano i nemici in minore scompiglio, quindi tutti con sollecito passo conduce sul colle. Così i re, costretti dalla difficoltà del luogo, si ritraggono dalla battaglia: nè tuttavia permettono che i loro soldati si allontanino, ma accerchiato dalla moltitudine l'uno e l'altro colle, quivi sparsi posaronsi. Indi accesi spessi fuochi, i barbari, all'uso loro, quasi tutta la notte festeggiavano, tripudiavano,

strepere vocibus: et ipsi duces feroces: quia non fugere, ut pro victoribus agere. Sed ea cuncta Romanis, ex tenebris, et editioribus locis facilia visu, magnoque hortamento erant.

CIV. Plurimum vero Marius inperitia hostium confirmatus, quam maxumum silentium haberi jubet: ne signa quidem, uti per vigilias solebant, canere: deinde, ubi lux adventabat, defessis jam hostibus, ac paullo ante somno captis, de inproviso vectigalis, item cohortium, turmarum, legionum tubicines simul omnis signa cahere, milites clamorem tollere, atque portis erumpere. Mauri, atque Gaetuli, ignoto et horribili sonitu repente exciti, neque fugere, neque arma capere, neque omnino facere, aut providere quidquam poterant; ita cunctos strepitu, clamore, nullo subveniente, nostris instantibus tumultu, terrore, formidine, quasi vecordia, ceperat. Denique omnes fusi, fugatique: arma, et signa militaria pleraque capta: pluresque eo proelio, quam

schiamazzavano, e i capitani stessi, orgogliosi del non esser fuggiti, la facean da vincitori. Ma queste cose tutte e per le tènebre, e per l'eminenza de'luoghi più agevolmente vedevansi dai Romani, ed erano loro di gran conforto.

CIV. Mario poi inanimito dall' imperizia degl' inimici, comanda che si osservi il più profondo silenzio, nè si suonino pure i segni, come si suole nel mutar le guardie; quindi sul far del giorno, essendo i nemici già stanchi e poco prima presi dal sonno, ordina che i trombettieri de' popoli tributarj, e quelli delle coorti, delle torme e delle legioni, tutti insieme all'improvviso dian fiato alle trombe, i soldati mettano un grido e si slancino fuor delle porte. Dall'ignoto terribile suono scossi di repente i Mori e i Getuli, nè potean fuggire, nè prender l'armi, nè del tutto cosa alcuna fare o provvedere; così per lo strepito, le grida, il niun soccorso, l' impeto de' nostri, lo scompiglio, il terror, la paura erano tutti quanti compresi come da sbalordimento. Furono tutti alla fine sbaragliati e fugati; prese le armi e le militari insegne la maggior parte; i morti più in questa battaglia

omnibus superioribus, interemti. Nam somno, et metu insolito inpedita fuga.

CV. Dein Marius, uti coeperat, in hiberna proficiscitur, quae propter commeatum in oppidis maritimis agere decreverat: neque tamen victoria secors, aut insolens factus; sed pariter, atque in conspectu hostium, quadrato agmine incedere. Sulla cum equitatu apud dextimos, in sinistra parte A. Manlius cum funditoribus, et sagittariis, praeterea cohortes Ligurum curabat: primos, et extremos cum expeditis manipulis tribunos locaverat. Perfugae, minime cari, et regionum scientissimi, hostium iter explorabant. Simul consul, quasi nullo inposito, omnia providere: apud omnis adesse, laudare, increpare merentis. Ipse armatus, intentusque item milites cogebat; neque secus, atque iter facere, castra munire, excubitum in porta cohortis ex legionibus, pro castris equites auxiliarios mittere: praeterea alios super vallum in muninentis locare, vigilias ipse circuire,

che in tutte le precedenti, giacchè fu impedita la fuga dal sonno e dallo straordinario spavento.

CV. Quindi Mario prosiegue il suo cammino verso i quartieri d'inverno, i quali, a causa delle vettovaglie, avea stabilito di prendere nelle città marittime. Nè però la vittoria trascurato il rendè o insolente, ma come se fosse nel cospetto degl'inimici, marchiava in schiera quadrata. Silla colla cavalleria prendea cura del lato destro, del sinistro A. Manlio co' frombatori e sagittarj, oltre le coorti de' Liguri: primi ed ultimi avea collocato i tribuni con una banda leggiera. I disertori avuti in niun conto e pratichissimi del paese spiavano i passi dell'inimico. Al tempo medesimo il console, quasi non vi fossero capi, provvedeva a ogni cosa, trovavasi da per tutto, mesceva secondo il merito lodi e rampogne. Stava egli armato e pronto, e costringeva i soldati a far lo stesso. Nè era nel munire gli alloggiamenti men cauto che nel cammino: per guardie alla porta mandava le coorti delle legioni, avanti agli accampamenti la cavalleria ausiliaria: inoltre collocava altri sulle trincere nelle fortificazioni; egli stesso andava

non tam diffidentia futuri, quae imperavisset, quam uti militibus exaequatus cum imperatore labos volentibus esset. Et sane Marius illo et aliis temporibus Jugurthini belli, pudore magis, quam malo, exercitum coërcebat: quod multi per ambitionem fieri ajebant: pars, quod a pueritia consuetam duritiam, et alia, quae ceteri miserias vocant, voluptati habuisset. Nisi tamen respublica pariter, ac saevissumo imperio, bene, atque decore gesta.

CVI. Igitur quarto denique die, haud longe ab oppido Cirta undique simul speculatores citi sese ostendunt: qua re hostis adesse intelligitur. Sed quia diversi redeuntes, alius ab alia parte, atque omnes idem significabant; consul incertus, quonam modo aciem instrueret, nullo ordine commutato, advorsum omnia paratus, ibidem operitur. Ita Jugurtham spes frustrata, qui copias in quatuor partis distribuerat, ratus ex omnibus aeque aliquos

attorno alle sentinelle, non perchè diffidasse dell'esecuzione de' suoi ordini, ma affinchè fossero più volonterosi, pareggiata la fatica fra i soldati ed il capitano. E certamente in quello e in altri tempi della guerra giugurtina, Mario più col timor d' infamia che co' castighi raffrenava l'esercito; il che molti dicevano da lui farsi per ambizione, alcuni perchè essendo sin da fanciullo avvezzo all' austerità, in quelle cose che gli altri chiaman miserie, avea trovato diletto. Se non che fu la cosa pubblica, egualmente che sotto imperio severissimo, bene e decorosamente amministrata.

CVI. Adunque il dì quarto finalmente non lungi dalla città di Cirta, da ogni lato al medesimo tempo, solleciti compariscono gli esploratori, dal che si comprende il nemico esser vicino. Ma perchè tornando separati chi da una chi da altra parte, tutti riferivan lo stesso, il console non sapendo in qual modo avesse a schierare i suoi, senza mutar alcun ordine, preparato a tutto, ivi fa alto. Così fu delusa la speranza di Giugurta che avea divisi i suoi in quattro parti, giudicando che fra tutti alcuni

ab tergo hostibus venturos. Interim Sulla, quem primum hostes adtigerant, cohortatus suos, turmatim, et quam maxume confertis equis, ipse aliique Mauros invadunt: ceteri in loco manentes, ab jaculis eminus emissis corpora tegere, et si qui in manus venerant, obtruncare.

CVII. Dum eo modo equites proeliantur, Bocchus cum peditibus, quos Volux filius ejus adduxerat, neque in priore pugna, in itinere morati, adfuerant, postremam Romanorum aciem invadunt. Tum Marius apud primos erat, quod ibi Jugurtha cum plurimis instabat. Dein Numida, cognito Bocchi adventu, clam cum paucis ad pedites convertit: ibi Latine, nam apud Numantiam loqui didicerat, exclamat: *nostros frustra pugnare: paullo ante Marium sua manu interfectum*; simul gladium sanguine oblitum ostendere, quem in pugna, satis inpigre occiso pedite nostro, cruentaverat. Quod ubi milites accepere, magis atrocitate rei, quam fide nuncii, terrentur: simulque barbari

verrebbero alle spalle degl'inimici. Frattanto Silla, cui prima l' inimico raggiunse, esortati i suoi, egli stesso con altri a torme e co' cavalli quanto poteva più uniti, assalta i Mori: gli altri restati ai loro posti coprivano la persona dagli strali lanciati da lunge, e se alcuni cadean loro fra mano, li trucidavano.

CVII. Mentre in tal guisa combattono i cavalieri, Bocco co' fanti condotti da Voluce suo figliuolo, i quali, trattenutisi in cammino, non si erano trovati nella precedente battaglia, urta la retroguardia de' Romani. Trovavasi allora Mario nella vanguardia, perchè era ivi Giugurta collo sforzo maggiore. Poscia il Numida, risaputo l'arrivo di Bocco, ascosamente con pochi si rivolge ov' erano i nostri fanti, ed ivi in latino, che avea apparato a Numanzia, grida: *i nostri indarno combattere: aver poco prima ucciso Mario di sua mano*, e in questo mostrava la spada tinta di sangue che avea macchiata nella zuffa uccidendo assai bravamente un nostro fante. Lo che intesosi dai nostri soldati, più per l'atrocità della cosa si atterriscono che per credenza che vi prestassero: al tempo stesso ne bar-

animos tollere, et in perculsos Romanos acrius incedere. Jamque paullum a fuga aberant, cum Sulla, profligatis iis, quos advorsum ierat, rediens ab latere Mauris incurrit. Bocchus statim avertitur. At Jugurtha, dum sustentare suos, et prope jam adeptam victoriam retinere cupit, circumventus ab equitibus dextra sinistra, omnibus occisis, solus inter tela hostium vitabundus erumpit. Atque interim Marius, fugatis equitibus, adcurrit auxilio suis, quos pelli jam acceperat. Denique hostes jam undique fusi.

CVIII. Tum spectaculum horribile in campis patentibus; sequi, fugere; occidi, capi; equi, atque viri adflicti: ac multi, vulneribus acceptis, neque fugere posse, neque quietem pati; niti modo, ac statim concidere: postremo omnia, qua visus erat, constrata telis, armis, cadaveribus; et inter ea humus infecta sanguine. Postea loci consul, haud dubie jam victor, pervenit in oppidum Cirtam, quo initio

bari cresce il coraggio e con più ardore incalzano gli sbigottiti Romani. E già erano per darsi in fuga, quando Silla, sconfitti coloro contro i quali era andato, viene addosso ai Mori per fianco. Bocco volge tosto le spalle. Ma Giugurta, mentre brama rinfrancare i suoi e non lasciarsi sfuggir di mano la già quasi riportata vittoria, intorniato dalla cavalleria a destra e a sinistra, i suoi uccisi tutti, scampa solo, schermendosi fra le armi degl' inimici: e frattanto Mario, avendo fugata la cavalleria, accorre in ajuto de' suoi che avea di già inteso esser cacciati. Furono alla fine i nemici sbaragliati per tutto.

CVIII. Allora spettacolo orrendo a campagna aperta: caccia, fuga; morti, presi; cavalli e uomini giacenti; molti, per ferite ricevute, nè poter fuggire, nè tollerare di starsi; ora sforzarsi, e tosto ricader giù: tutto infine, ovunque vedeasi, di dardi ricoperto, d'armi, di cadaveri; e la terra framezzo di sangue sozzata. Poscia il console, ormai non incerto vincitore di quel fatto d' armi, giunge alla città di Cirta, ove partendo, s'era da principio incam-

profectus intenderat. Eo post diem quinctum, quam iterum barbari male pugnaverant, legati a Boccho veniunt; qui regis verbis ab Mario petivere, *duos quam fidissumos ad eum mitteret: velle de suo, et de populi Romani commodo cum iis disserere.* Ille statim L. Sullam, et A. Manlium ire jubet. Qui quamquam acciti ibant; tamen placuit verba apud regem facere; uti ingenium aut aversum flecterent; aut cupidum pacis vehementius accenderent. Itaque Sulla, cujus facundiae, non aetati, a Manlio concessum, pauca verba hujuscemodi locutus:

CIX. „ Rex Bocche, magna nobis „ laetitia est, cum te talem virum Dii „ monuere, uti aliquando pacem, quam „ bellum, malles; neu te optumum cum „ pessumo omnium Jugurtha miscendo com- „ maculares; simul nobis demeres acerbam „ necessitudinem, pariter te errantem, „ et illum sceleratissumum persequi. Ad „ hoc, populo Romano jam a principio „ inopi, melius visum amicos, quam „ servos, quaerere; tutiusque rati, volen-

minato. Quivi cinque giorni dopo questa seconda infelice pugna de' barbari arrivano ambasciatori di Bocco, i quali a nome del re chiedono a Mario *che gl' invii due fra i suoi più fidati : voler con essi ragionare de' proprj e degl' interessi del popolo romano*. Egli tosto comanda che vadano L. Silla e A. Manlio. I quali comechè andasser chiamati, pur piacque loro di parlare al re, a fine di piegarne l'animo, se avverso; o se desideroso di pace, accenderlo più caldamente. Pertanto Silla alla cui facondia, non all' età, cedè Manlio, disse queste poche parole:

CIX. „ Re Bocco, noi grandemente ci
„ rallegriamo che ad un tanto uomo, qual tu
„ sei, abbian gli Dei posto nell' animo di voler
„ alla fine piuttosto pace che guerra, e di non
„ macchiare te ottimo, immischiandoti col pes-
„ simo fra tutti Giugurta, e insieme a noi to-
„ gliere la dura necessità di perseguitare del
„ pari te traviato e quello scelleratissimo. In-
„ oltre al popolo Romano, fin da quando era in
„ povero stato, parve meglio amici procacciar-
„ si che servi, e più sicura giudicò la volontaria

„ tibus, quam coactis, imperitare. Tibi „ vero nulla obportuuior amicitia nostra: „ primum quod procul absumus; in quo of- „ fensae minimum, gratia par, ac si pro- „ pe adessemus: dein, quod parentes abun- „ de habemus; amicorum, neque nobis, „ neque cuiquam omnium satis fuit. Atque „ hoc utinam a principio tibi placuisset! „ profecto ex populo Romano ad hoc tem- „ pus multo plura bona accepisses, quam „ mala perpessus esses. Sed quoniam huma- „ narum rerum fortuna pleraque regit; cui „ scilicet placuisse et vim, et gratiam nos- „ tram experiri: nunc, quando per illam „ licet, festina; atque, uti coepisti, perge. „ Multa, atque obportuna habes, quo fa- „ cilius errata officiis superes. Postremo „ hoc in pectus tuum dimitte, numquam „ populum Romanum beneficiis victum es- „ se. Nam, bello quid valeat, tute scis.

CX. Ad ea Bocchus placide, et benigne; simul pauca pro delicto suo verba facit: *se non hostili animo, sed ob regnum tutandum arma cepisse: Nam Numidiae*

„ che la sforzata ubbidienza. Per te poi niuna
„ amicizia è opportuna più della nostra; prima,
„ perchè siamo molto lontani, e quindi niun
„ contrasto. benevolenza come tra' vicini; di-
„ poi perchè de' soggetti n'abbiamo anche trop-
„ pi, degli amici nè noi. nè altri n' ebbe mai
„ abbastanza. Ed oh fin da principio ti fosse ciò
„ stato a grado! Certamente dal popolo roma-
„ no avresti a quest'ora ricevuto molti più van-
„ taggi che non n' hai sostenuti danni. Ma poi-
„ chè la fortuna regge la maggior parte delle
„ cose umane, alla quale piacque che tu la for-
„ za e la grazia nostra sperimentassi; or, poichè
„ per lei t'è permesso, affrettati, e come in-
„ cominciasti, prosiegui. Molti hai favorevoli
„ mezzi onde agevolmente gli errori sorpassar
„ co' servigi. Questo infine mettiti in cuore, che
„ il popolo romano in generosità non fu mai
„ vinto; giacchè in guerra quanto e' vaglia,
„ tu tel sai.

CX. Bocco rispose a ciò placido e dolce, ed insieme disse poche cose intorno al suo fallo: *non aver egli prese l' armi con animo ostile, ma per difesa del regno; poichè quella parte di Nu-*

partem, unde vi Jugurtham expulerit, jure belli suam factam, eam vastari a Mario, pati nequivisse: praeterea, missis antea Romam legatis, repulsum ab amicitia: ceterum vetera omittere, ac tum, si per Marium liceret, legatos ad senatum missurum. Dein, copia facta, animus barbari ab amicis flexus, quos Jugurtha, cognita legatione Sullae, et Manlii, metuens id quod parabatur, donis corruperat. Marius interea, exercitu in hibernaculis composito, cum expeditis cohortibus, et parte equitatus proficiscitur in loca sola, obsessum turrim regiam, quo Jugurtha perfugas omnis praesidium inposuerat. Tum rursus Bocchus, seu reputando, quae sibi duobus praeliis venerant, seu admonitus ab aliis amicis, quos incorruptos Jugurtha reliquerat, ex omni copia necessariorum quinque delegit: quorum et fides cognita, et ingenia validissuma erant. Eos ad Marium, ac dein, si placeat, Romam legatos ire jubet: agendarum rerum, et quocumque modo belli componendi licentiam ipsis permittit.

midia ond' era stato a viva forza cacciato Giugurta, essendo per diritto di guerra divenuta sua, non avea potuto patire che fosse da Mario devastata: inoltre avendo di già mandati a Roma ambasciatori, essergli stata negata l'amicizia: del resto tralasciare le cose andate, e, se Mario gliel permettesse, manderebbe allora ambasciatori al senato. Poscia, ottenutane licenza, fu l'animo del barbaro svolto dagli amici, i quali Giugurta, risaputa l'ambasceria di Silla e di Manlio, avea corrotto con doni, quello temendo che disponevasi. Mario frattanto accomodato l'esercito ne' quartieri d'inverno, vassene colle coorti leggiere e parte di cavalleria in luoghi solitarj ad assediare una torre regia, ove Giugurta avea posti di guarnigione tutti i disertori. Allor di nuovo Bocco o riandando ciocchè gli era in due battaglie avvenuto, o ammonito da altri amici lasciati da Giugurta incorrotti, fra i suoi più intimi elegge cinque di sperimentata fede e di robustissimo ingegno, ai quali comanda di andare ambasciadori a Mario, e poscia, ove a lui piaccia, a Roma: dà loro facoltà di trattare le cose, e comporre a qualunque patto la guerra.

CXI. Illi mature ad hiberna Romanorum proficiscuntur; deinde a Gaetulis latronibus in itinere circumventi, spoliatique, pavidi, sine decore ad Sullam pergunt; quem consul, in expeditionem proficiscens, pro praetore reliquerat. Eos ille non pro vanis hostibus, uti meriti erant, sed adcurate et liberaliter habuit. Qua re barbari et famam Romanorum avaritiae falsam, et Sullam ob munificentiam in sese amicum rati. Nam etiam tum largitio multis ignota erat, munificus nemo putabatur, nisi pariter volens: dona omnia in benignitate habebantur. Igitur quaestori mandata Bocchi patefaciunt; simul ab eo petunt, uti fautor, consultorque sibi adsit: *copias*, *fidem*, *magnitudinem regis sui*, *et alia*, *quae aut utilia*, *aut benevolentiae esse credebant*, oratione extollunt: dein, Sulla omnia pollicito, docti quo modo apud Marium, item apud senatum verba facerent, circiter dies quadraginta ibidem opperiuntur.

CXI. Partono quelli solleciti per i quartieri de' Romani; quindi nel cammino attorniati e spogliati dai ladroni getuli, fuggono tremanti e senza decoro presso Silla, lasciato in luogo di pretore dal console nel partire per la spedizione. Ei non trattolli da nimici incostanti come avean meritato, ma con cortesia e liberalità; per lo che i barbari riputarono falsa la fama dell' avarizia romana, e Silla amico, per la magnificenza usata verso di loro. Imperciocchè era fino a quel tempo ignota a molti l' arte de' larghi doni: niuno giudicavasi liberale se non di cuore: i doni tutti tenevansi per segno di amorevolezza. Manifestano adunque al questore le commissioni di Bocco, e insieme lo pregano che sia loro proteggitore e consigliero: magnificano ne' lor discorsi *le forze, la fede e la grandezza del loro re, ed altre cose che giudicavano dimostrare utilità o benevolenza*; dipoi, Silla avendo tutto promesso, ammaestrati come dovessero favellare a Mario, come al senato, aspettano ivi circa a quaranta giorni.

CXII. Marius, postquam infecto negotio, quo intenderat, Cirtam redit; de adventu legatorum certior factus, illosque, et Sullam venire jubet, itemque L. Bellienum praetorem, Utica, praeterea omnis undique senatorii ordinis; quibuscum mandata Bocchi cognoscit, in quibus, legatis potestas eundi Romam fit; et ab consule interea induciae postulabantur. Ea Sullae, et plerisque placuere: pauci ferocius decernunt, scilicet ignari humanarum rerum, quae fluxae, et mobiles semper in advorsa mutantur. Ceterum Mauri, impetratis omnibus, tres Romam profecti cum Cn. Octavio Ruso, qui quaestor stipendium in Africam adportaverat: duo ad regem redeunt. Ex his Bocchus cum cetera, tum maxume benignitatem, et studium Sullae lubens accepit, Romaeque legatis ejus, postquam, *errasse regem, et Jugurthae scelere lapsum*, deprecati sunt, amicitiam et foedus petentibus hoc modo respondetur: *S. et P. R. beneficii, et injuriae memor esse solet. Ceterum Boccho, quoniam*

CXII. Mario, poichè senz' aver compita l'intrapresa tornò a Cirta, informato dell'arrivo degli ambasciatori, impone che vengano a sè e quelli e Silla e parimente L. Bellieno pretore di Utica; inoltre da ogni parte tutti quegli dell'ordine senatorio, co' quali esamina le commissioni di Bocco. Il console permette ai legati l'andare a Roma, e frattanto istantemente chiedeasi triegua. Ciò piacque a Silla e alla maggior parte: pochi più fieramente deliberano, ignari al certo delle umane cose che passeggiere ed instabili, sovente in contrarie si cangiano. Del rimanente i Mori, avendo tutto ottenuto, tre di loro vanno a Roma con Gn. Ottavio Rufo, che essendo questore avea portato le paghe in Africa; due tornano al re. Da questi intese Bocco con piacere principalmente la benignità e la premura di Silla. E ai suoi ambasciatori in Roma che, avendo umilmente rappresentato *il re loro essere stato in errore, caduto vi per malignità di Giugurta*, domandavano amicizia e alleanza, vien data questa risposta: *il senato e il popolo romano suol esser memore del beneficio e dell' ingiuria; pure a Bocco, poichè sen pente,*

poenitet, delicti gratiam facit; foedus, et amicitia dabuntur, cum meruerit.

CXIII. Quibus rebus cognitis, Bocchus per litteras a Mario petivit, ut Sullam ad se mitteret; cujus arbitratu de communibus negotiis consuleretur. Is missus cum praesidio equitum, atque peditum, funditorum Balearium: praeterea iere sagittarii, et cohors Peligna cum velitaribus armis, itineris properandi caussa: neque his secus, atque aliis armis, advorsum tela hostium, quod ea levia sunt, muniti. Sed in itinere, quinto denique die, Volux, filius Bocchi, repente in campis patentibus cum mille non amplius equitibus sese ostendit: qui temere et effuse euntes, Sullae, aliisque omnibus et numerum ampliorem vero, et hostilem metum efficiebant. Igitur se quisque expedire; arma atque tela tentare, intendere: timor aliquantus, sed spes amplior, quippe victoribus, et advorsum eos, quos saepe vicerant. Interim equites, exploratum praemissi, rem, uti erat, quietam nunciant.

fa grazia del delitto; otterrà l' alleanza e l' amicizia quando l' avrà meritato.

CXIII. Bocco, risapute queste cose, scrive a Mario, e lo prega che gli mandi Silla per consultare a di lui volontà intorno agl'interessi comuni. Ei fu mandato con un presidio di cavalli, fanti, e frombolieri balearj: inoltre v'andarono gli arcieri e la coorte peligna con armi leggiere per affrettare il cammino; nè da queste armi erano meno che dalle altre difesi contro i dardi degl' inimici, perchè sono leggieri. Ma tra via il quinto di finalmente comparisce all' improvviso nell' aperta campagna Voluce, figliuolo di Bocco, con non più di mille cavalli, i quali andando inconsideratamente e sparsi, a Silla e a tutti gli altri faceano mostra di numero maggior del vero, e davano a temer di nemici. Prese adunque ognuno ad allestirsi, provare armature e dardi, stare all' erta; temeano alquanto, ma speravano assai più, siccome vincitori a fronte di coloro che più volte avean vinti. Frattanto i cavalli mandati avanti ad esplorare riferiscono la cosa, qual era, pacifica.

CXIV. Volux adveniens quaestorem adpellat: dicitque *se a patre Bocchо obviam illis simul, et praesidio missum*. Deinde eum, et proxumum diem sine metu conjuncti eunt. Post, ubi castra locata, et diei vesper erat; repente Maurus, incerto vultu pavens, ad Sullam adcurrit, dicitque, *sibi ex speculatoribus cognitum, Jugurtham haud procul abesse; simul, noctu clam secum profugeret, rogat, atque hortatur*. Ille animo feroci, negat se *toties fusum Numidam pertimescere: virtuti suorum satis credere: etiam si certa pestis adesset, mansurum potius, quam proditis quos ducebat, turpi fuga incertae, ac forsitan paullo post morbo interiturae vitae parceret*. Ceterum ab eodem monitus, *uti noctu proficiscerentur*, consilium adprobat: ac statim milites coenatos esse in castris; ignesque creberrimos fieri, dein prima vigilia silentio egredi jubet. Jamque nocturno itinere fessis omnibus, Sulla pariter cum ortu solis castra metabatur; cum equites Man-

CXIV. Voluce al suo arrivo dice al questore *essere stato da Bocco suo padre mandato per incontrarli insieme e per iscortarli*. Indi quel giorno e il seguente vanno uniti senza sospetto. Fatti poscia gli alloggiamenti, essendo il giorno sull'imbrunire, repentinamente il Moro spaventato e con dubbio volto corre a Silla, e dice *aver saputo dagli esploratori che non era Giugurta guari lontano; e al tempo stesso lo prega e lo esorta a fuggir seco nella notte ascosamente*. Egli con animo feroce nega *di paventare il tante volte sconfitto Numida: avere nel valor de' suoi bastante fidanza: se anche gli stesse innanzi certa morte, là rimarrebbesi, piuttosto che traditi coloro de' quali era duce, risparmiare con turpe fuga un' incerta vita, che forse per malattia fra poco si spegnerebbe.* Ma dal medesimo avvertito *di partir nella notte*, ne approva il consiglio; e subito impone che i soldati dopo aver cenato stiano negli alloggiamenti e facciano fuochi quanto poteasi più spessi; quindi nella prima vigilia li fa chetamente uscir fuori. Ed essendo ognuno ormai stanco di quel cammino notturno, Silla col sorger del sole for-

ri nunciant, *Jugurtham, circiter duum millium intervallo, ante eos consedisse.* Quod postquam auditum est, tum vero ingens metus nostros invadit: credere se proditos a Voluce, et insidiis circumventos. Ac fuere qui dicerent, *manu vindicandum, neque apud illum tantum scelus inultum, relinquendum.*

CXV. At Sulla, quamquam eadem existumabat, tamen ab injuria Maurum prohibet: suos hortatur, *uti fortem animum gererent: saepe ante paucis strenuis advorsus multitudinem bene pugnatum: quanto sibi in proelio minus pepercissent, tanto tutiores fore: nec quemquam decere, qui manus armaverit, ab inermis pedibus auxilium petere, in maxumo metu, nudum et caecum corpus ad hostis vertere.* Deinde Volucem, quoniam hostilia faceret, *Jovem maxumum obtestatus, ut sceleris, atque perfidiae Bocchi testis adesset,* castris abire jubet. Ille lacrumans orare, *ne ea crederet: nihil dolo factum, ac magis calli-*

mava l'accampamento.quando cavalli mori riferiscono che *Giugurta s'era fermato innanzi di loro alla distanza di circa a due miglia.* Il che intesosi,allora veramente i nostri furono soprappresi da grande spavento, credendosi traditi da Voluce,e in mezzo all'insidie. E fuvvi chi disse, *col ferro doversi prender vendetta, nè lasciarè in lui impunita cotanta scelleratezza.*

CXV. Ma Silla, quantunque credesse le medesime cose, difende con tutto ciò il Moro da ogni affronto, conforta i suoi *ad aver animo forte: sovente per l' addietro con pochi valorosi essersi contro un gran numero combattuto felicemente: quanto minor conto della propria vita fosser per far nella zuffa, tanto più sicuri sarebbero, nè a veruno che abbia arme in mano, convenire il chiamare in ajuto gl' inermi piedi, e nel massimo timore volgere agl' inimici il dorso disarmato e cieco.* Quindi *sconginrando Giove massimo perchè fosse testimonio della scelleraggine e perfidia di Bocco*,ordina che Voluce, giacchè si portava da nemico .si parta dal campo. Egli lagrimando lo prega *di non credere tali cose:nulla esser avvenuto*

ditate Jugurthae; cui videlicet speculanti iter saum cognitum esset. Ceterum, quoniam neque ingentem multitudinem haberet; et spes, opesque ejus ex patre suo penderent; credere illum nihil ausurum palam, cum ipse filius testis adesset: quare optumum factum videri, per media ejus castra palam transire; sese, vel praemissis, vel ibidem relictis Mauris, solum cum Sulla iturum. Ea res, uti in tali negotio, probata: ac statim profecti, quia de inproviso adcesserint, dubio, atque haesitante Jugurtha, incolumes transeunt. Deinde paucis diebus, quo ire intenderant, perventum est.

CXVI. Ibi cum Boccho Numida quidam Aspar nomine, multum et familiariter agebat, praemissus ab Jugurtha, postquam Sullam accitum audierat, orator, et subdole speculatum Bocchi consilia: praeterea Dabar, Massugradae filius, ex gente Masinissae, ceterum materno genere inpar; nam pater ejus ex concubina ortus erat;

per inganno ; ma piuttosto per astuzia di Giugurta , il quale , senza dubbio , spiando avea rilevato il suo cammino : che del resto , poichè Giugurta non avea gran numero di gente e le speranze e le forze di lui dal suo padre dipendevano, giudicava che nulla avrebbe osato scopertamente , essendone testimonio lo stesso figliuolo: laonde gli sembrava che la miglior cosa da farsi , fosse il passare alla scoperta per mezzo il suo campo : che egli o mandati avanti i Mori o lasciatili ivi andrebbe solo con Silla . Tal cosa, attesa la circostanza, fu approvata: e partendo subito, poichè si accostarono improvvisamente, fra i dubbj e le incertezze di Giugurta passano sani e salvi. Quindi in pochi giorni pervennero ove s'erano incamminati.

CXVI. Usava quivi con Bocco spesso e familiarmente un Numida di nome Aspare, allora speditovi da Giugurta per ambasciadore che udì essersi chiamato Silla, ed avea commissione di scaltramente spiare i disegni di Bocco; v'usava inoltre Dabare, figliuolo di Massugrada della stirpe di Masinissa, ma diseguale da lato di donna, perchè suo padre era nato di concubina

Mauro ob ingenii multa bona carus, acceptusque, quem Bocchus fidum esse Romanis, multis ante tempestatibus expertus, illico ad Sullam nunciatum mittit, *paratum sese facere, quae populus Romanus vellet: colloquio diem, locum, tempus ipse deligeret: consulta sese omnia cum illo integra habere: neu Jugurthae legatum pertimesceret*: accitum esse, quo res communis licentius gereretur: nam ab insidiis ejus aliter caveri nequivisse. Sed ego comperior, Bocchum magis Punica fide, quam ob ea, quae praedicabat, simul Romanos, et Numidam spe pacis adtinuisse: multumque cum animo suo volvere solitum, Jugurtham Romanis, an illi Sullam traderet: libidinem advorsum nos, metum pro nobis suasisse.

CXVII. Igitur Sulla respondit, *pauca se coram Aspare locuturum, cetera occulte, aut nullo, aut quam paucissumis praesentibus*: simul edocet, quae responderentur. Postquam, sicuti voluerant, congressi; dicit *se missum a consule venisse,*

caro al Moro ed accetto per molte doti d' ingegno. Il quale, essendo stato da Bocco per l'addietro conosciuto in molte occasioni fedele ai Romani, è subito spedito ad avvisar Silla *ch'egli era pronto di fare quanto fosse per piacere al popolo romano: scelga il giorno, il luogo e il tempo per l' abboccamento: serbare intatte tutte le cose per consigliarsene con esso lui; nè sospetti dell'ambasciator di Giugurta*: potersi anzi trattar così più francamente degli interessi comuni: in altra guisa non aver potuto guardarsi dalle insidie di lui. Ma io rilevo che Bocco più per fede punica che per le ragioni che andava dicendo, trattenesse insieme e i Romani e il Numida, e ch' era solito di rivolger molto in cuor suo se avesse a consegnare Giugurta ai Romani o Silla a lui: contro noi spingerlo il genio, a pro nostro il timore.

CXVII. Silla adunque rispose *che alla presenza di Aspare direbbe poche cose, il resto in segreto, niun presente o quanti men si potesse*: insieme gli suggerisce ciò che se gli dovea rispondere. Poichè, siccome erasi convenuto, si venne a congresso, dice: *essere stato mandato dal consolo*

quaesitum ab eo, pacem, an bellum agitaturus foret. Tunc rex, uti praeceptum fuerat, post diem decimum redire jubet; ac nihil etiam nunc decrevisse, sed illo die responsurum. Deinde ambo in sua castra digressi. Sed ubi plerumque noctis processit; Sulla a Boccho occulte arcessitur: ab utroque tantummodo fidi interpretes adhibentur. Praeterea Dabar internuncius, sanctus vir, ex sententia jurat ambobus: ac statim sic rex incipit.

CXVIII. „ Numquam ego ratus sum „ fore, uti rex maxumus in hac terra, „ et omnium, quos novi, opulentissimus, „ privato homini gratiam deberem. Et „ hercule, Sulla, ante te cognitum, multis orantibus, aliis ultro egomet opem „ tuli, nullius indigui. Id inminutum, „ quod ceteri dolere solent, ego laetor. „ Fuerit mihi pretium, eguisse aliquando „ tuae amicitiae; qua apud animum meum „ nihil carius habeo. Id adeo experiri „ licet: arma, viros, pecuniam, postremo „ quidquid animo libet, sume, utere; et,

per chiedergli, se era per far la pace o la guerra. Allora il re, secondo quello che gli era stato prescritto, comanda che torni dieci giorni dopo: niente avere stabilito ancora, ma quel giorno gli risponderebbe. Quindi tornarono entrambi al loro campo. Ma trascorsa la maggior parte della notte, Silla è chiamato segretamente da Bocco. Da ambedue sono ammessi soltanto interpreti fedeli: inoltre Dabare mediatore, santo uomo, dà all' uno e all' altro giuramento di fedeltà; e subito il re così comincia.

CXVIII. „ Non avrei creduto mai che „ il più gran re della terra, e di quanti ne co- „ nobbi, il più dovizioso, dovesse aver ob- „ blighi ad un privato. E perdio, Silla, pria „ di conoscer te, a molti pregato, ad alcuni „ spontaneo, recai soccorso; di niuno abbi- „ sognai. D' aver perduto un tal pregio, di „ che gli altri soglion dolersi, io mi rallegro. „ Mi giova l' aver una volta avuto bisogno „ della tua amicizia, della quale l' animo „ mio non ha cosa più cara. Puoi farne pro- „ va: armi, uomini, danaro, insomma ciò „ che ti piace, prendi, usane; e finchè vi-

„ quoad vives, numquam tibi redditam gra-
„ tiam putaveris; semper apud me integra
„ erit: denique nihil me sciente frustra
„ voles. Nam, ut ego existumo, regem
„ armis, quam munificentia, vinci, flagi-
„ tiosum minus. Ceterum de republica ves-
„ tra, cujus curator huc missus es, paucis
„ accipe. Bellum ego populo Romano ne-
„ que feci, neque factum umquam volui:
„ finis meos advorsum armatos armis tutus
„ sum. Id omitto; quando vobis ita pla-
„ cet; gerite, uti vultis, cum Jugurtha
„ bellum. Ego flumen Mulucham, quod
„ inter me et Micipsam fuit, non egre-
„ diar, neque Jugurtham id intrare sinam
„ Praeterea, si quid meque vobisque di-
„ gnum petiveris, haud repulsus abibis.

CXIX. Ad ea Sulla pro se breviter, et modice; de pace, et de communibus rebus multis disseruit. Denique regi patefecit, *quod polliceatur, senatum et populum Romanum, quoniam amplius armis valuissent, non in gratia habituros: faciundum aliquid, quod illorum magis, quam*

„ vrai, non credere ch' io mi sia tolta l' obbli-
„ gazione; resterà in me sempre intatta: infine,
„ purchè io il sappia, niente indarno vorrai.
„ Poichè, a parer mio, è minor colpa per un
„ re l' esser vinto nell' armi che nella munifi-
„ cenza. Del rimanente intorno alla repubblica
„ vostra, della quale fosti mandato qui pro-
„ curatore, odi in breve. Nè io feci, nè volli
„ mai che guerra si facesse al popolo romano
„ contro armati difesi i miei confini coll' armi.
„ Le abbandono, poichè vi piace così. Fate la
„ guerra a Giugurta come volete. Io non pas-
„ serò il fiume Moluca, che era il confine fra
„ me e Micipsa, nè permetterò che lo passi
„ Giugurta. Inoltre, se alcuna cosa mi chiede-
„ rai di voi degna e di me, non te n'andrai con
„ ripulsa.

CXIX. Rispose a ciò Silla breve e modesto di sè, della pace e de' comuni interessi diffusamente. Alla fine mostrò al re, *che il senato e il popolo romano, essendo stati più potenti in arme, non terrebbero le sue offerte per un servigio: dover far qualche cosa che mostri maggior vantaggio per loro che per sè: e questa*

sua, retulisse videretur; id adeo in promtu esse; quoniam Jugurthae copiam haberet: quem si Romanis tradidisset, fore, ut illi plurimum deberetur: amicitiam, foedus, Numidiae partem, quam nunc peteret, tunc ultro adventuram. Rex primo negitare: *adfinitatem, cognationem, praeterea foedus intervenisse: ad hoc metuere, ne fluxa fide usus popularium animos averteret; queis et Jugurtha carus, et Romani invisi essent.* Denique saepius fatigatus, lenitur; et *ex voluntate Sullae omnia se facturum* promittit. Ceterum ad simulandam pacem, cujus Numida, defessus bello, avidissimus, quae utilia visa, constituunt. Ita composito dolo, digrediuntur.

CXX. At rex postero die Asparem, Jugurthae legatum, adpellat; dicitque per Dabarem ex Sulla cognitum, *posse conditionibus bellum poni*: quamobrem regis sui sententiam exquireret. Ille laetus in castra Jugurthae venit. Deinde ab illo cuncta edoctus, properato itinere, post diem octavum redit ad Bocchum; et ei

occasione appunto esser pronta, poichè aveva in sua mano Giugurta, cui se avesse dato in poter de' Romani, se gli avrebbe obbligazione grandissima: l'amicizia, l'alleanza, e quella parte di Numidia che or domandava, avrebbe allora senza contrasto. Il re da prima mostrava di non acconsentire: *essere fra loro affinità, parentela, e di più confederazione: aver anche paura, ove mancasse di fede, non gli animi del popolo si alienasse, ai quali Giugurta era caro, e i Romani in odio.* Alla fine, dopo reiterate istanze, si piega, e promette che *farà in tutto il volere di Silla.* Del resto stabiliscono quanto parve più utile per far mostra di pace, di cui avidissimo era il Numida, stanco della guerra. Così concertato l'inganno, si separano.

CXX. Il di appresso il re fa a sè venire Aspare ambasciator di Giugurta, e gli dice aver saputo da Silla per mezzo di Dabare che *a certe condizioni potea darsi fine alla guerra*; laonde richiedesse il parere del suo re. Egli lieto venne al campo di Giugurta. Quindi da lui istruito di tutto, affrettando il cammino, dopo otto giorni torna a Bocco, e gli riferisce che *Giu-*

nunciat, *Jugurtham cupere omnia, quae imperarentur, facere; sed Mario parum fidere: saepe antea cum imperatoribus Romanis pacem conventam, frustra fuisse. Ceterum Bocchus, si ambobus consultum, et ratam pacem vellet, daret operam, ut una ab omnibus, quasi de pace, in conloquium veniretur; ibique sibi Sullam traderet: cum talem virum in potestate haberet, tum fore, uti jussu senatus populique Romani foedus fieret; neque hominem nobilem non sua ignavia, sed ob rempublicam in hostium potestate relictum iri.*

CXXI. Haec Maurus secum ipse diu volvens, tandem promisit. Ceterum dolo, an vere, parum comperimus. Sed plerumque regiae voluntates, ut vehementes, sic mobiles, saepe ipsae sibi advorsae. Postea tempore et loco constituto, in conloquium uti de pace veniretur, Bocchus Sullam modo, modo Jugurthae legatum adpellare; benigne habere; idem ambobus polliceri. Illi pariter laeti, ac

gurta era contento di fare quanto gli si ordinasse, ma che di Mario poco fidavasi: più volte per l'addietro essersi coi generali romani convenuta indarno la pace. Del rimanente, se Bocco voleva il vantaggio di entrambi e una pace stabile, procurasse che venissero tutti assieme ad un abboccamento come per trattar la pace, ed ivi mettesse Silla nelle sue mani: quando avesse in suo potere un tal personaggio, allora sì che si farebbe la confederazione d'ordine del senato e del popolo romano: nè un uomo nobile non per sua codardia, ma per amor della repubblica caduto in potestà de' nemici, vi sarebbe abbandonato.

CXXI. Queste cose lungamente rivolgendo il Moro fra sè, alfin le promise: se poi per ingannarlo o da senno, ci è mal noto. Ma il più delle volte le volontà dei re, come impetuose e quindi variabili, sono spesso fra di loro contrarie. Quindi stabilito il tempo e il luogo da venire a congresso di pace, Bocco or Silla chiamava, or l'ambasciator di Giugurta; trattavagli cortesemente, lo stesso prometteva ad entrambi: erano essi contenti del pari, e pieni di buona spe-

spei bonae pleni esse. Sed nocte ea, quae proxuma fuit ante diem conloquio decretum, Maurus adhibitis amicis, ac statim inmutata voluntate, remotis, dicitur secum ipse multa agitavisse, vultu corporis pariter atque animo varius: quae scilicet, tacente ipso, occulta pectoris patefecisse. Tamen postremo Sullam arcessi jubet; et ex ejus sententia Numidae insidias tendit. Deinde, ubi dies advenit; et ei nunciatum est, Jugurtham haud procul abesse; cum paucis amicis, et quaestore nostro, quasi obvius honoris caussa, procedit in tumulum facillumum visu insidiantibus. Eodem Numida cum plerisque necessariis suis inermis, ut dictum erat, adcedit; ac statim signo dato, undique simul ex insidiis invaditur. Ceteri obtruncati: Jugurtha Sullae vinctus traditur, et ab eo ad Marium deductus est.

CXXII. Per idem tempus advorsum Gallos ab ducibus nostris Q. Caepione, et M. Manlio male pugnatum. Quo metu

ranza. Ma la notte che il giorno precedeva fissato all' abboccamento, il Moro convocati i suoi amici, e di subito mutata volontà, allontanatigli, dicesi che molto fra sè medesimo ruminasse, cangiando a un tempo e di sembiante e di pensiero; le quali cose i segreti del suo cuore nel suo silenzio manifestavano. Pure comanda in ultimo che gli si faccia venir Silla e, secondo il parer suo, tende insidie al Numida. Quindi, fattosi giorno, ed avvertito che Giugurta era poco lontano, con pochi amici e col nostro questore gli va incontro, come per onorarlo, sur un monticello facilissimo a vedersi da que' che stavano in aguato. Quivi si accosta il Numida, colla più parte de'suoi confidenti, inerme, come s' era convenuto; e in un subito, dato il segnale, da ogni lato in un tratto sboccano dalle insidie. Gli altri son trucidati: Giugurta vien consegnato a Silla in catene, e da lui condotto a Mario.

CXXII. In quel frattempo Q. Cepione e M. Manlio nostri capitani aveano avute co'Galli infelici battaglie, onde Italia tutta quanta

Italia omnis contremuerat. Illique, et inde usque ad nostram memoriam Romani sic habuere; alia omnia virtuti suae prona esse; cum Gallis pro salute, non pro gloria certare. Sed postquam bellum in Numidia confectum; et Jugurtham vinctum adduci Romam nunciatum est; Marius consul absens factus est; et ei decreta provincia Gallia; isque Kalendis Januariis magna gloria consul triumphavit. Ex ea tempestate spes, atque opes civitatis in illo sitae.

Finis Belli Jugurthini.

avea tremato per lo spavento. E allora e fino ai dì nostri ebbero i Romani questa opinione, tutt'altro esser facile al loro valore; coi Galli per la vita combattere, non per la gloria. Ma come s'intese finita la guerra di Numidia, e Giugurta esser menato prigione a Roma, fu Mario fatto console assente, e la Gallia decretata a lui per provincia: ei trionfò da console con somma gloria il primo di gennajo. In quel tempo erano in lui riposte le speranze e le forze tutte della città.

Fine della Guerra Giugurtina.

NOTE

Capo I. Pag. 4. lin. 2. *Aevi brevis*) Teofrasto moribondo accusava la natura che alle cornacchie ed ai cervi concedesse vita più lunga che all'uomo. Guicciardini dà su tal proposito il seguente avvertimento: „ Io ho detto molte volte e lo dico di „ nuovo, che un ingegno capace e che „ sappia far capitale del tempo, non ha „ causa di lamentarsi che la vita sia breve, „ perchè può attendere ad infinite cose „ e spendere utilmente il tempo, e gli „ avanza tempo. *Avv. 69.*

Capo V. Pag. 14. lin. 16. *Masinissa, rex Numidarum*) Non sarà inopportuno riferir qui in succinto la storia di Numidia fino al punto in cui comincia Salustio la sua narrazione.

La Numidia, dominata or dai Cartaginesi or da Agatocle tiranno di Siracusa, fu poscia divisa fra gli avi di Giugurta e quei di Siface. Nella guerra fatta in Ispagna fra i Romani e i Cartaginesi, i due Scipioni, Generali Romani, distrutta Sagunto, fecero confederazione con Siface per opporre ai Cartaginesi un inimico sulla loro frontiera; e i Cartaginesi strinsero alleanza con Masinissa, giovane di 17 anni, allevato in Cartagine, al quale diedero in isposa Sofonisba figlia di Asdrubale Giscone, bellissima sopra tutte le donne d'Africa, e lo elessero comandante del loro esercito. Masinissa sconfisse Siface, e lo costrinse a rifuggirsi in Mauritania, e quindi condusse le sue truppe ad Asdrubale in Ispagna. In questo frattempo ritornato Siface nel suo regno si rese così formidabile ai Cartaginesi, che questi, temendo mali più gravi, per farselo amico, congiunsero a lui la Sofonisba moglie di Masinissa. Da questo affronto fu Masinissa oltremodo irritato. Per vendicarsene passò al partito de' Romani, e, alleatosi a Scipione, ritornò in Africa, ove dopo molti avvenimenti di guerra e dopo aver provata la fortuna ora avversa, ora pros-

pera, prese Siface, sottomise tutta la Numidia, e pose in pericolo Cartagine stessa. I Romani in ricompensa di servigi sì segnalati gli concedettero la signoria di tuttaquanta la Numidia, gli ornamenti trionfali e consolari, un palagio in Roma ed altre onorificenze. Questa generosità rese Masinissa così affezionato ai Romani che solea dire ai figliuoli, che il Romano era il primo popolo del mondo, e la famiglia degli Scipioni, la prima fra i Romani. Regnò 55 anni e visse presso a 100 lasciando 44 figliuoli, l' ultimo de' quali aveva 4 anni alla morte del padre.

Pag. 16. lin. 3. *Micipsa filius regnum solus obtinuit*) Sentendo Masinissa accostarsi il fine della sua vita, mandò a pregare Scipione Emiliano che trovavasi in Africa, perchè andasse a lui, bramando morire nelle sue braccia. Scipione partì subito; ma al suo arrivare trovò che Masinissa era morto da tre giorni senza far testamento, avendo lasciato a lui l'arbitrio di dividere la sua eredità. Avea soltanto dato il suo anello a Micipsa. primogenito de' tre figliuoli legittimi. Scipione dispose che tutti i tre avessero titolo regio e parte nell' amministrazione: a Micipsa

però diede più autorità che agli altri e la residenza di Cirta, capitale del regno. Egli salì sul trono, solo, l'anno di Roma 605.

Capo VIII. pag. 22. lin. 8. *Numantia deleta*) Numanzia fu presa l'anno 620. Giugurta aveva allora 25. anni, e Mario militava nello stesso assedio. Appresero dunque entrambi l'arte della guerra sotto lo stesso maestro, cioè sotto quello Scipione detto il Minore, che aveva divisa la Numidia tra i figliuoli legittimi di Masinissa.

Capo XX. Pag. 56. lin. 22. *Regis Hiempsalis*) Questo re Gensale figlio di Gulussa regnò sopra una parte di Numidia dopo la morte di Giugurta. A lui successe Giuba suo figlio, ucciso il quale alla battaglia di Tapso nella guerra del triunvirato, Cesare ridusse tutta la Numidia in provincia romana, e ne diede il governo al nostro autore.

Capo XLIV. Pag. 124. lin. 13. *Quaestione exercita aspere*) Furono condannati all'esilio Calpurnio, Albino ed Opimio. Quest'ultimo perseguitato dai partigiani dei Gracchi morì dimenticato a Dyrracchium.

Capo LIII. Pag. 148. lin. 18. *Transvorsis principiis*) Abbiamo veduto di sopra che Metello

nello scendere dal monte andando verso il fiume Mutul, si accorse starsi gl' inimici appiattati nel colle che elevavasi a mano destra. Le prime file, *principia*, marciavano di fronte alla strada, e il lato destro *proxumum hostes erat*. Metello fermatosi alquanto fece fare ai suoi un giro di conversione in modo che le prime file diventarono lato destro, e così conduceva l'esercito *transvorsis principiis*; e quella parte di cavalleria che prima era nel corno sinistro, in questa ordinanza passò alla fronte, e diventò *principia*. Quindi Salustio dice *ipse cum sinistrae alae equitibus esse, qui in agmine principes facti erant*.

Capo LXVIII. Pag. 190. lin. 22. *Cum filio suo consulatum petiturum*) L'età richiesta per pretendere il consolato essendo i 43. anni, Q. Metello Pio figliuolo del console che militava allora da soldato semplice in età di 20., doveva aspettarne ancora 23.

Capo LXXXVIII. Pag. 244. lin. 7. *Ego naturam unam et comunem omnium existumo*) „ Tutti gli uomini avendo avuto un „ medesimo principio, sono ugualmente „ antichi, e dalla natura stati fatti a un „ modo „. *Mach. istoria l.* 3.

Capo XC. Pag. 254. lin. 10. *Avaritiam, inperitiam, superbiam*) L' avarizia di Calpurnio, l' ignoranza di Aulo, la superbia di Metello.

Capo XCIII. Pag. 260. lin. 3. *Metellus . . . lactissumis animis excipitur*) Gli fu decretato l'onor del trionfo, e il soprannome di Numidico. Furono coniate delle medaglie con una prua di galera da un lato (per mostrare che la spedizione era stata fatta oltre mare) coll' iscrizione Q. METEL. NUMIDICUS PR. COS., e dall' altro le teste di Giove e di Nettuno col motto EX. SC., ciò che significava aver egli ingrandito l' imperio per terra e per mare.

Capo C. Pag. 282. lin. 4. *L. Sisenna*) Era della famiglia stessa del Dittatore Silla. Scrisse l' istoria romana in ventidue libri cominciando dalla presa di Roma fatta dai Galli fino alle guerre civili di Mario e Silla. Delle sue opere non ci restano che alcuni frammenti citati dal Colero, da Carisio e da Servio.

FINE.

612343

Questa Edizione è sotto la salvaguardia della legge 19. Fiorile anno IX., essendosi adempite le prescrizioni superiori in proposito di stampe.